




Tychonis Brahe
Historia Coelestis,
ed. L. Barrettus,
1666,
[1672.]










UNIVERSITETSBIBLIOTEKET 2. AFD.
Astr. 2°
2 2 002 2 00140 2


BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS
HAUNIENSIS


PARAVIT
VSVRPAVIT
RECEPIT
PVBLICAVIT
ORNANDO VTRIQVE DICANTVR
AFRICA
Philip Kilian sculp.

HISTORIA COELESTIS

EX
LIBRIS
COMMENTARIIS
MANU-SCRIPTIS
OBSERVATIONUM
VICENNALIUM
VIRI GENEROSI
TICHONIS BRAHE
DANI.

QUOS

IMP. CÆS.

RUDOLPHUS II.

P. F. AUG. OPT. MAX.

HUNGARIAE

BOHEMIÆQUE

REX

ARCHIDUX AUSTRIÆ

DUX BURGUNDIÆ

REGIIS EXPENSIS

EX DANIA

IN BOHEMIAM

ET AULAM AC NOMEN

CÆSAREUM

UNA CUM IPSO AUTHORE

BRAHEO

TRADUXIT.

IMP. CÆS.

FERDINANDVS SECUNDUS

PIVS FELIX VICTOR

AVG. PP.

HVNGARIÆ BOHEMIÆQVE

REX

ARCHIDVX AVSTRIÆ

DVX BVRGVNDIÆ

IN TABVLAS

CONCINNATOS

ORBI LITERATO

PRÆGVSTANDOS

EXHIBUIT.

IMP. CÆS.

FERDINANDVS

TERTIVS

PIVS. FEL. AVG. PACIFICVS.

PATER PATRIAE

HVNGARIÆ BOHEMIÆQVE

REX

ARCHIDVX AVSTRIAE

DVX BVRGVNDIÆ

BELLORVM HOMINVM

TEMPORVM INIVRIIS

DEPERDITOS

CÆSAREA PROVIDENTIA

A

SITU SQUALORE INTERITV

VINDICAVIT

EX CVIVS SVPREMA

VOLUNTATE

IMP. CÆS.

LEOPOLDUS I.

PIVS FELIX AUG.

OPT. MAXIMUS

HVNGARIÆ BOHEMIÆQVE

REX

ARCHIDUX

ET

MONARCHA

AUSTRIÆ

DVX BVRGVNDIÆ.

PUBLICI USUS

ESSE VOLVIT.

CUJUS
SACRATISSIMÆ MAIESTATI
HISTORIA CÆLESTIS
SE HUMILLIME CONSECRAT.
ET
VNA BONORVM OMNIVM
TOT VOTA QUOT SIDERA
AD IMPETRANDAM
PER
AUGUSTALES NUPTIAS
AB ÆTERNO SIDERVM
CONDITORE
TAM SALVTAREM HVMANO GENERI
AUSTRIACI
NOMINIS
ET
AVGVSTISSIMÆ AC BENIGNISSIMÆ
FAMILIAE
PERENNITATEM.

PARS PRIOR

IN QUA

LIBER PROLEGOMENOS

ET


OBSS. BRAHEANARUM

LIBRI

PRIORES.




Effigies Tychonis Brahe Ottonidis Dani, Domini de Knuds„
trup, et arcis Vranienburg in Insula Hellesponti Danici Hu„
enna Fundatoris, instrumentorumq; Astronomicorum in eâdem
dispositorum inventoris et structoris. Aetatis suæ anno 40.
Anno Dñi. 1586 compl.
Philip Kilian sculpsit.






B
A
C
D
E

L



C
Græcian
bylone
In
quo Tu
populu
pellere
Ext
Epistol
conjici
*C
non pa
emend
Epistol
tius, *So*
cesserit
tarij ho
Te
nostra
53. gra
Danici



LUCII BARRETTI
AD
HISTORIAM CÆLESTEM
Præfatio.



INitium HISTORIÆ CÆLESTIS facit liber hic προλεγόμενος, brevi syllabo complexus, quæ à primis Astronomiæ initijs, usque ad tempora ejusdem à Tychone Braheo restauratæ in Cœlo animadversa sunt.

Ita concipi Scriptionem hanc IMPERATORI LITTERATISSIMO placuit, & nos vestigia earum delineationum, quæ ille adumbravit, libenter, ac religiosè sectamur.

Quod si superessent, quæ *Aristotelis* hortatu *Callisthenes Babylone in Græciam* attulit, observata 1903. annis ante captam ab Alexandro Babylonem, eæ haud dubiè primas tenerent.

Incurrunt enim annis 2200. ante *Æram Christianam*, illa in tempora quo Turrim Babylonicam struere tentavit Noëmi posteritas, ut Poëtarum populus non immeritò timeret, ne expugnatis sideribus, DII suis sedibus pellerentur.

Extat tamen illius etiam ætatis observatio non incommoda, quæ ex Epistolâ *P. Terentij* Soc. Iesu PECHINO ex SINIS data, hunc in locum conjici debet.

*Commentatus est in hanc Epistolam *Doctissimus Keplerus*, contulítque non pauca, quæ facerent ad juvandos Sinarum numeros. Sed ante omnia emendandus erat error Graphicus, sive à *Terentio* sive à me, cum eam Epistolam *Keplero*, transcriberem, commissus. *Observatum est*, inquit Terentius, *Solstitium prope Cuspidem Sagittarij, non memini graduum, ut jam hucusque processerit* 52. *gradus*; quæ ita lege: *Observatum est Solstitium (prope Cuspidem Sagittarij hodie extans, non memini Gradus) ut jam hucusque processerit gradus* 52.

Tempora JAI Regis, ex ejus, & *Trigautij*, ac *Golij* observatione distant à nostra ætate annis 3807. quibus competerent ex numeris *Tychonis* BRAHEI 53. grad. 50. min. Ex Sinensium autem observatione 52. gr. Ex Tabb. Danicis 52° 32′ non magno per tot Sæcula dissensu.

Paulò pòst illa tempora *Abrahamus* successit, annis 2000 ante *Æram Christianam*, Cælestium rerum, & ipse conscius. Ea causa fuit, cur seductum in campos, numerare Stellas jusserit DEUS, addito hoc Epiphonemate: *Sic erit semen tuum.*

Et memini Rabinum de eo Argumento disputantem audijsse, atque asserentem jam tum in duodecim signa divisum Zodiacum fuisse, pari autem deinde numero extitisse *Duodecim tribus.* Quo pertinet facta Vexillorum partitio, in castrametatione Filiorum Israël, de qua videndus Doctissimus *Kircherus* &c.

Abrahami ex *Isaaco* Filio Abnepos fuit JOBUS, cujus ætate in certas classes digesta sidera fuère. Sive à numero, unde quibusdam datum nomen CHAMMA; sive ab inconstantiâ seu scintillatione, unde alijs appellatio facta CHESIL, sivè à conglobatione & concursu, unde factum ut nonnullæ NIPHAS dicerentur, quæ nomina stellarum, seu constellationum expressa sunt in Commentario S JOBI cap. 38. v. 31. ut proinde constet ipsum etiam, jam tum cælestium rerum peritum, atque observatorem fuisse.

In ea tempora *Ogygis* diluvium incidit annis 558. ante *Trojam* excisam, regnante autem *Ogyge* portentum grande affert ex Varone S. Aug. lib. 21. de Civ. c. 8. *Est in Marci Varonis libris quorum inscriptio est de Gente populi Romani, quod ijsdem verbis, ut ibidem legitur, & hic ponam. In Cœlo, inquit, mirabile portentum, nam in stellâ Veneris nobilissimâ quam Plautus Vesperuginem, Homerus Hesperon adpellat. Pulcherrimam dicens: Castor scribit tantùm portentum accidisse, ut mutarit colorem, Magnitudinem, figuram, cursum.*

Excepit hæc tempora *Israelitarum* ex Ægypto migratio, MOSE Duce. Cui quidem MOSI comperta fuisse septem Planetarum nomina, atque itinera, relucet ex ipso candelabro, quod ante Arcam jubente DEO extructum, atque distinctum est; quæ Lucernæ, cælestes illas faces repræsentarent, ut disertissimus PHILO, & ex Philone Josephus perscripsit.

Et sanè consideranti ornatus illos liliorum, atque sphærularum, de quibus Scriptura loquitur, facilè etiam aliquid grandiùs occurrit, quasi illis ambagibus, arcani illorum siderum motus flexusque repræsentati fuerint. Quanquam vero ex ea effigie, quæ in Arcu *Titi Cæsaris* etiamnum expressa Romæ superest, hæc talia non satis apparent, cogitandum tamen est, ea spolia tantum Herodiani templi fuisse, quod à prioris Arcæ ornamentis, & eorum quæ DEUS ipse *Mosi* dictaverat Majestate longè abscessit.

De primis tamen observatis, & cui suas origines Astronomia debeat, magna est inter *Chaldeos*: *Ægyptios, atque Græcos* concertatio. *Eupolemus* existimat apud Eusebium lib. 9. cap. 4. fuisse *Abrahamum* HELIOPOLI, cum Sacerdotibus, à quo Sacerdotes Astrologiam didicerint; qui tamen non invenisse hanc se: sed ab ENOCH per successionem traditam accepisse fatebatur.

Cæterum *Abrahami* hospitatio apud *Ægyptios*, vix major Trimestri, non

id permittit: potiùs est de Patriarcha JOSEPHO cogitare, qui jam tum puer de LUNA, SOLE, & STELLIS somniare solitus, atque eruditus deinde omni sapientiâ Ægyptiorum Gen. cap. 5. Filiam insuper *Putiphare* Sacerdotis *Heliopolios* Uxorem duxit. Gen. 41. c. 45. Quorum Sacerdotum quæ munia fuerint explicat *Clemens Alexandrinus* lib. 6. Stromatum, producitque sacras illorum cæremonias; *primùm enim*, inquit, *procedit* CANTOR, *ac post* CANTOREM *procedit* HOROSCOPUS, *qui in manu habet horologium & palmam, symbola Astrologiæ: Tum libros Mercurij, qui tractant de Astrologia, qui quidem sunt quatuor numero, semper oportet in ore habere, ex quibus unus est de ordine inerrantium, quæ videntur, Astrorum: Alter verò, de congressu & illuminatione Solis & Lunæ, reliqui de illorum ortu.*

Hucusque *Clemens*, atque eo pertinet etiam *Dionysij Halycarnassei* Authoritas; asserentis *Osimandem* Ægypti Regem, annulum aureum Trecentorum sexaginta quinque cubitorum construxisse, conductis etiam *Heliopoli* totidem Sacerdotibus, qui diebus singulis eo annulo Solis cursum metirentur.

Quod ego interpretor, Sphæram ejusmodi mobilem fuisse, qualem deinde longè pòst *Alexandriæ* in palestra *Eratosthenes* statuit. Etsi enim etiam Osimandis tempora longè post inciderunt, tamen ad antiquum illud exemplum elaboratos fuisse posteriores circulos, quid vetat?

Cæterum sive has disciplinas *Abrahamus*: sive *Iosephus in Ægypium* atque ad *Heliopolitanos* Sacerdotes intulerit, vincent tamen antiquitate Chaldæi, à quibus profectæ hæc artes, ad *Abrahamum* & ejus posteros, velut hæreditate pervenerunt.

Quâ de re non immeritò lamentatur *Plato* in *Epinomide*, excusatque Græcorum negligentiam, quod ijs oscitantibus *primus harum rerum spectator barbarus fuerit, antiqua enim Regio illos aluit, qui propter æstivi temporis serenitatem primi hæc inspexerunt.* Talis *Ægyptus* & Syria fuit, ubi stellæ semper omnes ut ita dixerim clarè cernuntur, quoniam cæli conspectum, nec pluviæ intercipiunt, nec nubes.

Ex migratione quidem quæ *Mose* Duce suscepta est constat ei non solum perspectam fuisse Siderum, inter se partitionem, sed rationem etiam anni, ac temporum, & quas deinde Tekuphas *Posteri* appellarunt. Ex quibus æquinoctiorum atque solstitiorum, successionem repræsentarent.

Frustra sanè erat præceptum DOMINI de primo mense, deque PASCHÆ festo in diem 14. primi mensis, nisi ante de *Tekupha* Vernali constaret, & Neomenia quæ illam proximè antecederet, sive eam Lunationum mensuram *Moses* conceptis tabulis descripsit, sivè certis destinatisque observationibus exploravit, quomodo deinde etiam factum, ut Luna à primo coitu in falcem crescente conclamaretur. SANCTIFICATA EST. *Vide Pet. l. 2.*

Mihi quidem sivè mensam SOLIS, sivè litteratos alios in *Obeliscis* lapides consideranti, non semel occurrit descripta illis in Saxis *Calendaria motuum Cælestium*, ut quomodo deinde haud dubiè *Ægyptijs*, præeuntibus, *Græci* artifices sua *Parapegmata* proposuerunt, ita jam tum solitos fuisse Ægyptios

llios primos *Cælestium* motuum observatores, hæc Disciplinarum *Arcana immortalibus saxis* describere; Firmatque hanc conjecturam *Astrolabium Ægyptijs* figuris expressum, missumque ad Doctissimum *Kircherum*, qua in descriptione, figuræ omnes eo habitu depictæ sunt, quem mensa Solis præfert.

Hervvartus sanè *Hieroglyphicorum* suorum Num. 38. expressam habet *Sphæræ Cælestis Iconem*, ab *Anubi* seu *Cynocephalo* gestatam, & *Ortus occasusque* & Horarum ac Noctium intervalla, ibidem Num. 36. sat feliciter expressa sunt; sed & in ipsa tabulâ *Bembina*, juxta *Apim*, quadrantes duo, non incon cinnè effigiati prostant, quorum Imitatione credendum est *Armillas* constructas, quæ longè post in *Palestrâ Alexandrinâ* constitutæ sunt.

Mosen secutus *Populi Dux* JOSUE. quo militante grande illud portentum accidit, *steteruntque Sol & Luna donec ulcisceretur se Gens de inimicis suis, Ios.* 10. *v.* 13. Digna res Annalibus historiæ Cælestis, nisi eam Doctissimus *Serrarius*, & post illum solertissimus *Ricciolus* publicè exposuissent.

Trecentis annis post emigratam Ægyptum Trojæ clades incidit, quo tempore jam nomina Asterismis imposita erant & *Græci*

> - - - - - *navibus inscensis expectabant*
> *Plejades, ac stellantem Arcturum,*
> *Vrsamque, quam plaustrum appellabant.*

Si Fides est canenti Homero, qui annis *centum & sexaginta*, post Ilium eversum vixit.

Eadem etiam *Maronis* auctoritate firmantur, qui *Æneæ* à fumante *Trojâ* naviganti, *Iopam* Cytharædum, super mensam *Didonis* adducit, de Ortibus, atque occasibus Siderum decantantem, quæ ab *Atlante* didicerat; nec est credibile Poëtas tam inconditè ista allaturos fuisse, nisi illa *Astrorum nomina* jam tum pervulgata novissent.

Sub ea tempora, unam ex *Plejadibus* disparuisse memorant, itaque *Homerus in Nestoris* poculo, sex tantum *Plejades* insculpsit, causamque deinde Naso attulit *Electram* ex Sororibus unam disparuisse. Quæ scilicet

> - - - - - *Trojæ spectare ruinas.*
> *Non tulit ante oculos, opposuitque manum.*

Quibus fabularum involucris portentum illius Ævi ad posteritatem consignatum est.

Homeri æqualis fuit *Sanctissimus Vates David*, qui suis in Carminibus toties *Siderum*, *Solisque & Lunæ* meminit, ut inter pastoricios Regiosque labores, hanc etiam curarum præcipuam partem fuisse appareat, eoque de illo non minùs quàm de *Iulio Cæsare* Scribi potuerit.

> *Media inter prælia semper*
> *Stellarum Cælique plagis Superisque vacavi.*

Davidis *Sanctissimi Regis* filius, fuit sapientissimus SALOMON. Ab illo esse *Tabulas & Calendaria motuum* & *Neomeniarum Cælestium*, quibus hodieque utuntur Hebræi, memorat ex *Mediolanensi assertione*, *Paulus Minerva*, apud Doctissimum *Riberam*.

Et quamquam *Tabulæ Mosaicæ*, & parapegmata noviluniorum à *Mose* confecta, quingentis non minus annis antiquiora sunt *Salomonicis*, revisas tamen emendatasque à *Salomone* eas Tabulas; ac deinceps in usu fuisse deduci potest, ex illis verbis Paralipomenon, cap. 35. *Sicut præcepit David Rex Israël, & descripsit Salomon Filius ejus.* Quod ad descriptionem *Sacerdotalium Ministeriorum, sacrificiorumque* & *Cantionum*, quæ primo, quæ ultimo Mensis die adhiberentur, haud dubiè pertinet.

Huc etiam spectat *Collegij*, seu *Academiæ Hierosolymitanæ* structura, nixa columnis septem, numero videlicet *Planetico*, & ad exemplum *Ægyptiæ* seu *Heliopolitanæ*, de qua supra memoravimus.

Philo Iudæus ait etiam in Tapete qui Templi vestibulo oppansus erat, intextas *Siderum*, *seu Constellationum Icones*. Et de candelabro septem hastilium ad imitationem *Mosaici*, jam ante diximus.

Quodsi quis *Capitella* illarum *columnarum* consideret, quæ ante faciem *Templi* constructa prostabant, & quo pacto ea capitella concinnata atque exornata fuerint, conjicere non immeritò poterit impositas illis columnis DVAS SPHÆRAS, tam multiplicibus strijs intercisas, qualibus tanquam magnis circulis etiamnum utitur *Astrologia*, ad metiendos siderum motus.

Cæteri deinde qui *Salomonem* sive *Hierosolymis* sive in *Samaria* secuti sunt *Reges*, plus etiam quam publico utile esset, se huic Siderum disciplinæ tradiderunt; Hinc SOLIS seu *Molochij* veneratio, & filij per ignem traducti, & *Reginæ cæli* seu *Lunæ* libata oscula, & Phosphoro incensus Adeps, coctæq; placentulæ, & quæ alia Prophetæ acerbis concionibus insectantur.

Hos inter quemadmodum impietate ita motuum Cælestium peritiâ præcipuus fuit *Rex Achaz*. Ab illo est *structura Horologij Solaris* in *Palatio*, ducentis, & amplius annis antequam *Anaximenes* inventum illud in *Græciam* traduceret. Ex ejus horologij occasione cæptas Babylone observationes paulò pòst videbimus. Illud hic memorandum, aperiente se paulatim cælestium rerum peritia, & tempora ipsa & eventus temporum, cæpisse paulò accuratiùs consignari.

Incurrunt enim in hanc ætatem capita ÆRARUM, quas GRÆCI, LATINI, & CHALDÆI præcipuas habent.

Primus *Agon Olympicus* 776. annis cæptus, ante *æram Christianam* 22. annis post *Vrbs condita*, & 7. *annis* post *urbem conditam Æra Nabonassari* cæpit.

Hæc ultima *Astronomis* præsertim usui fuit, & reliquarum omnium planissima est. Utitur enim *annis Ægyptijs* (quod nomen haud scio, cur illi numerationi adhæserit) diebus etiam 365. inter se æqualibus, absque ulla dierum ac mensium intercalatione, absque ullâ respectatione ad *Solis Lunæque Phases*.

Romana numeratio ab *Vrbe condita* multo est incertior, primis præsertim annis, qui decem tantum Mensium fuère, & intercalationibus temerè, aut imperitè factis reduci vix potuère ad formam *Anni Iuliani*; quam deinde *C. Iulius Cæsar* induxit.

Græcorum annos æquè inconstantes periti temporum agnoscunt, & emendatori temporum nihil fidei esse existimant, cùm suis ex oraculis Fanaticas illas periodos exstruxit.

Fuêre tamen qui numeris retroactis tempora atque eventus explorarent, quales etiam ante capita *Ærarum Historici* memorant. Ita *Tarutius Firmanus Varronis* atque *Ciceronis* ætate conceptum *Romuli* & *diem Urbis conditæ* definivit, qui tamen & *Urbis conditum* & *Nabonassari annos*, ad quos suos numeros exegit *Tarucius*, aliquanto antevertit, quâ de re placet *Plutarchum* audire in vita *Romuli* sic scribentem: *Varronis Romani Philosophi ætate viri in historijs versatissimi, fuit Tarucius quidam amicus ejus Philosophus & Mathematicus professione, qui Astronomiam quoque contemplationis studio attigerat, inque eâ videbatur excellere. Huic Varro proposuit natalem diem Romuli horamque colligendam ex ijs quæ illi evenissent, quomodo invenitur resolutio Geometricarum quæstionum à finibus ad initia; Ejusdem enim scientiæ esse dato tempore natalitio alicujus hominis, de vitâ ejus prædicere & vicissim vitâ exposita tempus, in quo is natus fuerit investigare; obsecutus est Tarucius inspectisque Romuli actis, quæque ei evenissent, quam diu vixisset, quâ morte functus esset, & cæteris hujuscemodi compositis inter se omnibus, audacter ac intrepide pronuntiavit: Romulum conceptum fuisse anno primo secundæ Olympiadis, die vigesimo tertio mensis, qui ab Ægyptijs Choeac vocatur, horâ tertiâ cum Sol totus deliquium pateretur, natum autem esse die 21. Thot Mensis, circa Solis ortum. Ac Romam ab eo conditam 9. die Mensis Pharmuti inter horam 2. & 3.*

Varius jam & anxius labor *Chronologis*, numeros tabulasque motuum cælestium ita concipere, ut cum ista *Tarucij* vaticinatione consentiant. Et sanè si Observatio è cælo hausta fuisset, neque sola *Tarucij* asseveratione niteretur, fatigare haud indubiè poterat tot præstantium Artificum conatus: Eos vide apud doctissimum *Ricciolum* lib. 5. cap. 19 & diffusiùs in opere Chronologico, quod promittit. Nobis propositum non est priscorum *Artificum Tabulas* expendere, aut inter se, comparare, sed quid in cælo visum observatumque sit simpliciter enarrare.

Igitur postquam apud Chaldæos, Græcos, Romanos aliquanto perspectior fuit Temporum ratio, ad quæ consignari possent observata cælestia, dabimus illa eo ordine, & serie, quâ apud Scriptores reperta sunt.

Et quoniam pleræque veterum observata ad annos Ægyptios, & Regum ac Principum tempora, jam tùm à *Cl. Ptolemæo* in opere magnæ Syntaxeos comparatæ sunt, dandus est ante omnia *Canon Regum ac Principum*, qualem ex MS. *Londinensi* exhibet *Sethus Calvisius*. Ex regio autem Parisino doctissimus *Petavius* Lib. 4. p. 2. Rationarij Temporum.

Πτολεμαίυ Κανὸν Βασιλέων.			Ptolemæi Canon Regum		
Ασσυρίων και Μήδων.	Ετη.	Συναγωγή	Aßiriorum & Medorum	Anni singul.	Anni collecti.
Ναβοιασάρυ	ιδ	ιδ	Nabonaßari	14	14
Ναδίυ	β	ις	Nadij	2	16
a. Κωζίρυ, καὶ Πορυ.	ε	κα	Choziri & Pori	5	21
Ιυγάυ	ε	κς	Jugæi	5	26
Μαρδοκεμπάδου	ιβ	λη	Mardokempadi	12	38
b. Αρκιανῦ	ε	μγ	Arciani	5	43
Αβασιλεύτου πρώτου	β	με	Interregni primi	2	45
Βηλίβυ	γ	μη	Belibi	3	48
c. Απρονadίυ	ς	νδ	Apronadij	6	54
d. Ριγγβήλυ	α	νε	Rigebeli	1	55
Μεσεσιμορδάκου	δ	νθ	Meseßimordaci	4	59
Αβασιλεύτου β	η	ξζ	Interregni secundi	8	67
e. Ασσαραδίνυ	ιγ	π	Aßaradini	13	80
f. Σαοσδουχίυ	κ	ρ	Saosduchei	20	100
g. Χυνιλαδάνυ	κβ	ρκβ	Chyniladani	22	122
h. Ναβοπολλασσάρυ	κα	ρμγ	Nabopollaßari	21	143
i. Ναβοκολασσάρυ	μγ	ρπς	Nabocolaßari	43	186
k. Ιλυαροδάμου	β	ρπη	Ilvarodami	2	188
Νιρίκασσολασσάρυ	δ	ρξβ	Niricaßolaßari	4	192
Ναβοναδίυ	ιζ	σθ	Nabonadij	17	209
Περσῶν Βασιλεῖς.			Persarum Reges.		
Κύρυ	θ	σιη	Cyri	9	218
Καμβύσου	η	σκς	Cambysis	8	226
Δαρείυ α	λς	σξβ	Darij I.	36	262
Ξέρξυ	κα	σπγ	Xerxis	21	283
Αρταξέρξυ α	μα	τκδ	Artaxerxis primi	41	324
Δαρείυ β	ιθ	τμγ	Darij II.	19	343
Αρταξέρξυ β	μς	τπθ	Artaxerxis secundi	46	389
Ωχυ	κα	υι	Ochi	21	40
Αρώγυ	β	υιβ	Arogi	2	412
Δαρείυ	δ	υις	Darij III.	4	416
Αλεξάνδρυ Μακεδόνος	η	υκδ	Alexandri Macedonis	8	424
Ετη βασιλέων τῶν μετὰ τὴν Αλεξάνδρυ τῦ βασιλέως τελευτήν.			Græcorum Reges.		
l Φιλίππου τῦ μετ' Αλέξανδρον τὸν κτίσιν.	ζ	ζ	Philippi qui post Alexandrum conditorem regnavit.	7	7
Αλεξάνδρυ Αιγυ	ιβ	ιθ	Alexandri Ægi	19	19
Ελλήνων βασιλεῖς ἐν Αἰγύπτῳ.			Anni Regũ, qui post Alex Regis obit. regnarunt.		
Πτολεμαίυ Λάγυ	κ	λθ	Ptolemæi Lagi	20	39
Πτ. Φιλαδέλφυ	λη	οζ	Pt. Philadelphi	38	77
Πτ. Ευεργέτυ α	κε	ρβ	Pt. Evergetæ I.	25	102
Πτ. Φιλοπάτορος	ιζ	ριθ	Pt Philopatoris	17	119
Πτ. Επιφάνυς	κδ	ρμγ	Pt. Epiphanis	24	143
Πτ. Φιλομήτορος	λε	ροη	Pt. Philometoris	35	178
Πτ. Ευεργέτυ β	κθ	σζ	Pt. Evergetæ II.	29	207
Πτ. Σωτῆρος	λς	σμγ	Pt. Soteris	36	243
Διονύσυ	κθ	σοβ	Dionysij	29	272
Κλεοπάτρας	κβ	σϟβ	Cleopatræ	22	292
Ρομαίων Βασιλεῖς.			Romanorum Reges.		
Αυγούστου	μγ	τλξ	Augusti	43	337
Τιβερίυ	κβ	τνθ	Tiberij	22	359
Καΐυ	δ	τξγ	Caij	4	363
Κλαυδίυ	ιδ	τοζ	Claudij	14	377
Νέρωνος	ιδ	τϟα	Neronis	14	391
Ουεσπασιανῦ	ι	υα	Vespasiani	10	401
Τίτυ	γ	υδ	Titi	3	404
Δομετιανῦ	ιε	υιθ	Domitiani	15	419
Νέρουα	α	υκ	Nervæ	1	420
Τραϊανῦ	ιθ	υλθ.	Trajani	19	439
Αδριανῦ	κα	υξ	Hadriani	21	460
Αντωνίνυ	κγ	υπγ	Antonini	23	483

a. Χίνξηρος, καὶ Πῦρου
b. Αρκαιανῦ
c Απαραναδίυ.
d Μέσησιμορσάκου.
e Ασαραδίνυ
f Σαοσδυχίνυ,
g Κινιλαδάνυ.
h Δαβοπολασσάρυ.
i Δαβοκολασσάρυ.
k Ιαλοαροσάμυ.
l Φιλίππυ τῦ Αριδαίυ

HIc est Catalogus Regum ac Principum ex Codice *Londinensi*, & *Parisino* à doctis plerisque receptus, etsi de nonnullis præsertim *Romanorum Principum* annis, haud immerito nonnulli dubitant.

Ipsas porro OBSERVATIONES, ut eo conspectiores essent, suas in classes digessimus: In

I. OBSERVATIONES BABYLONICAS.
Ab Anno ante Christum 721. usque ad Ann. 432.
II. OBSERVATIONES GRÆCANICAS.
Ab An. ante Christum 432. usque ad Initium Æræ Christianæ vulgaris.
III. OBSERVATIONES ALEXANDRINAS.
Ab Initio Æræ, usque ad Ann. Chr. 827.
IV. OBSERVATIONES SYRO-PERSICAS.
Ab Anno Christi 827. usque ad Annum 1457.
V. OBSERVATIONES NORICAS.
Ab Anno Christi 1457. usque ad annum 1509.
VI. OBSERVATIONES PRUTENICAS.
Ab Anno Christi 1509. usque ad Annum 1529.
VII. OBSERVATIONES MISCELLANEAS.
Ab Anno Christi 1529. usque ad Annum 1582.

Quo Anno ordiuntur *Commentarij M. S.* VIRI GENEROSI TYCHONIS BRAHE DANI. 20. Libris complexi. Observationes ab Anno 1582. usque ad Annum 1601. qui eidem *Tychonis* supremus fuit.

CLASSIS I.

OBSERVATIONES BABYLONICÆ.

AGmen ducunt hæ *Babylonicæ* antiquitate, pretio, atque usu & suffragatione magnorum artificum, qui hisce *Eclipsibus*, sua *Lunæ-Solaria* inædificârunt.

Primam illarum putamus in ea tempora competere, quibus portentosus Solis regressus *Mardokempado* seu *Merodacho* curam injecit, ut de eo Phænomeno diligentius, & missa ad *Regem Ezechiam* Hierosolymas legatione, inquireret, qua de re paulò infra disseremus.

Pertinent verò ad hanc classem atque ad hæc tempora Sanctissimus Rex *Ezechias*, ejusque Propheta *Isaias*, jam tum docti solarium motuum progressus, regressusque ad Horologij lineas expendere, ac forsitan *Daniel* cæterique *tres Proceres* eruditi *omni Chaldæorum Sapientiâ*, quæ in observandis sideribus, maximam ætatis partem impendit.

Ex alijs & profanis ad classem hanc spectant. *Thales, Milesius*, *OEnopides*, *Cleostratus*, *Anaximander*, *Pythagoras*.

Per hos prima Astronomiæ fundamenta jacta, *Thaleti* Observationes *Septentrionum*, & *Solstitiorum*, ac *Æquinoctiorum* metas, rudesque *Eclipsium* prædictiones imputant. *Harpalo* & *Cleostrato* suas Octacterides. *OEnopidi*, *Anaximan-*

dro, *Pythagora* Zodiaci animadversam obliquitatem, quæ primis initijs rudi-ter adnotata, tamen posterioribus aliquot sæculis suffecit, ut eam neque *Hypparchus*, neque *Ptolemæus* auderent convellere.

Hæc omnia, & Eclipsium magnitudines, ac tempora ex *Magna Syntaxi Ptolemæi* peti debuerunt, cujus exemplar Græcum manuscriptum Tubingensis Academia habuit, eoque diligenter usus est solertissimus Mœstlinus: Ex cujus MS. & editione ejusdem Syntaxeos Basiliensi Græcâ Anni 1531. sunt illa, quæ primis hisce septem classibus dedimus. Tametsi & alios ut doctissimum Petavium, & qui novissimè hæc persecutus est, eruditissimum, & in hac palestra versatissimum Ricciolum consulere non omisimus.

PRima Babyloniorum Eclipsis & antiquissima omnium accidit anno primo Mardokempadi, Nabonnassari 27. Ab ea Eclipsi usque ad quartam, quæ accidit anno *Cambysis 7. Nabonnassari 225.* inter stant anni 198. Tantum est quoque intervallum inter portentosum regressum Solis, tempore Regis Ezechiæ, & annum quem dixi septimum Cambysis.

Nam post miraculum illud ex verbis Scripturæ successerunt.

Promissi Ezechiæ anni	15
Secutus est Rex Manasses ann.	55
Amon annis	2
Josias deinde Rex an.	30
Joachim usque ad deportationem ann.	11
Captivitas deinde Babylonica an.	70
Cyri Monarchia ex Catal. præc. ann.	9
Cambysis annus	7

Essent anni 199. à miraculoso Solis regressu ex Scripturæ textu, & Canone Ptolemaico.

Itaque anno ante Mardokempadum ineuntem, incidisset ille Solis regressus, qui deinde causa fuit Legationis Babylonicæ ad Ezechiam, à Merodacho seu Mardokempado. Undè pronum est suspicari, Chaldæos ejus prodigij occasione cœpisse Solis Lunæque defectus diligentius metiri, & Hipparcho scilicet, ac Ptolemæo causæ nihil fuit, cur eas potiùs Eclipses adnotarent, si antiquiores alias reperissent, majoribus intetvallis distantes, ex quibus de Solis Lunæque motibus certiora deduci potuissent.

Cæterum sic habet observatio quemadmodum in magna *Ptolemæi Syntaxi* concepta est.

Annus ante Christum 721.

Anno primo Mardocempadi (qui est annus Nabonassari 27.) die 29. sequente 30. Thoth (19. sequente. 20 Martij) defecit Luna tota, cœpitque deficere Babylone unâ horâ post suum ortum bene transacta. Sol erat, circa finem Piscium, & Nox æqualium horarum 12. proximè. Hinc Ptolemæus initium deliquij Babylone statuit horis æqualibus. 4. 30′ ante mediam noctem. Tempus autem medium ait, fuisse horis: 2. 30′. & Alexandriæ hor. 3. 20′. æqualibus ante mediam noctem, cum Meridianus Alexandriæ Babylonicum 50′ unius horæ præcedat. Ptol. lib 4. Almag cap. 6.

Annus ante Christum 720.

Anno secundo Mardocempadi (28 Nabonn.) die 18. seq 19. Thoth. (8. seq. 9. Martij) defecit Luna ab Austro, digitis tribus ipsa mediâ nocte Babylone, sed Alexandriæ 50′ ante mediam noctem. Ptolom. lib. 4. cap. 6. Eodem anno 15. seq. 16. Phamenoth (1. seq. 2. Septemb.) defecit Luna Babylone post sui Ortum, & defecit à Borea plus quam medietate. Sol erat in principio Virginis; hinc magnitudo noctis Babylone tunc 11. æqualium horarum proximè: cujus medietas Hor. 5. 30′; Initium ergo Eclipsis, ut Ptolemæus habet contigit 5. horis æqualibus ante mediam noctem. Medium verò tempus, idem Ptolemæus statuit, horis 3. 30′ antè mediam noctem, cum totum tempus talis obscurationis trium proximè horarum fuisse debuerit. Quare Alexandriæ medium tempus fuisse ait, horis æqualibus 4. 20′ ante mediam noctem. Ptolem. ibid. Ricciolus Lunam defecisse scribit, digitis 6 ad Summum, Græcus textus habet, πλεῖον, plus quam medietate defecisse.

Annus ante Christum 715.

Anno 2. Olympiadis 16. die 8. Choeac, & Nonis Quintilibus anni vetusti, Solis Eclipsis in morte Romuli contigisse memoratur. Ovidius hanc mortem refert ad Quirinalia mense Februario, at Lampridius in Commodo & Plutarchus in Nonas Quintiles, cum fuerit nostro more dies 26. Maij, feria 7. in quam ut habet Scaliger: & Petavius lib. 8. cap. 13. incidit Eclipsis digitorum 3. 45′ & duravit hor. $1\frac{3}{4}$. Ricciolus lib 5. Almag. cap. 19.

Annus ante Christum 621.

Anno quinto Nabopollassari, qui est 127. Nabon. die 27. seq. 28. Athyr. (21. seq. 22. April.) defecit Lunæ ad summum quarta dîametri pars ab Austro. Initium Eclipsis Babylone post mediam noctem 5. hor. temporalibus fuit; medium verò tempus 6. horis proximè; quæ tunc Babylone æquales erant Horæ 5. 50′ Sole existente in 27° 3. V. Alexandriæ verò medium Eclipsis erat horis æqualibus 5. post mediam noctem Ptol. lib. 5. cap. 14.

Annus ante Christum 585.

Solis Eclipsis, quam primus Jonibus prædixit Thales;

les; Contigit Anno 6. belli inter Cyaxarem Medum & Halyattem Lydum, ut narrat Herodotus lib. 1. Eudemus apud Clem. Alexand lib. 1. Strom. & Plinius lib. 2. cap. 12. addens fuisse annum 4. Olympiadis 48. & Urbis 170. Ricciolus, apud quem plura

Annus ante Christum 523.

Anno septimo Cambysis, qui est à Nabonnassaro 225. die 17. seq. 8. Phamenoth (die 16. Julij:) antè mediam noctem horâ unâ, defecit Babylone media pars diametri Lunæ à Borea. Fuit ergo Alexandriæ hæc Eclipsis ante mediam noctem hora æquali 1. 50′ proximè. Ptolem. lib. 5. cap 14.

Nota. *Mæstlinus in M. S. habet. die 22. seq. 23. Iulij; Ricciolus & Calvisius signant. 16. Iulij.*

Annus ante Christum 502.

Anno 20. ejus Darij qui Cambysi successit (246. Nabonn.) die 28. seq. Epiphi (19 seq. 20. Novemb) post Occasum Solis horis æqualibus 6. 20′ defecit Luna, quarta diametri parte ab Austro Medium tempus Babylone erat ante mediam noctem 24′ unius æqualis horæ, cum noctis longitudo dimidia tunc esset horarum 6. 45′ proximè. Alexandriæ verò medium tempus, mediam noctem hor. æquali 1. & 15′ antevertit. Ptol. lib. 4. cap. 9.

Annus ante Christum 491.

Anno 31. primi Darij (257. Nabon.) die 3. seq. 4. Tybi (25 seq. 26 Apr.) observata fuit Eclipsis Lunæ Babylone ante mediam noctem mediâ horâ, diciturque Luna defecisse ab Austro duobus digitis. Medium tempus media horà, mediam noctem Babyloue præcessit, Alexandriæ verò unâ horâ, & tertiâ parte unius horæ æqualis. Ptol. lib 4. cap 9.

Annus ante Christum 480.

Xerxes hoc anno trajecit in Græciam appetente Vere. Quo tempore Solem obscuratum esse scribit Herodotus. Verum hoc citra Eclipsim accidit, quæ nulla hoc anno Veris tempore contigit, neque superiore Petavius lib 13. de Doctr Tempor. Herodotus apud Ricciolum rem ita narrat: *Xerxes Sardibus, ubi hyemaverat profectus est ineunte Vere Abydum versus: cui moventi Sol suam in cælo sedem relinquens apparere desijt; cum tamen nullæ nubes, sed Serenissimus esset aer, & pro die nox extitit &c.* Ad hunc quoque annum refert Petavius defectionem Solis, quæ Cleombroto Isthmum munire volenti evenit; eique assignat diem 2. Octobr. Ricciolus, illam biennio post, Anno 3. Olymp. 75. contigisse, existimat l. c.

Annus ante Christum 463.

Olympiadis 79 anno primo exeunte, Eclipsis Solis, cujus meminit Eusebius Anno Abrahami 1556 Fuit Athenis, die 30 April. Hor. 3. 1′ post meridiem. Apud Petavium lib. 8 cap. 13.

CLASSIS II.

OBSERVATIONES GRÆCANICÆ.

ORdimur hanc Classem ab observationibus *Metonis* & *Euctemonis*. Claudimus cum initio Æræ, quâ nunc utitur Orbis Christianus.

Metoni atque *Euctemoni* curæ fuit Solstitiorum metas certius definire; quo tempore *Ludicrum Olympicum* committebatur, præcipua *Græciæ* festivitas.

Eidem *Metoni Cyclum decennovalem* adscribunt, qui etiamnum in usu est; Porrò crescente paulatim Cœli ac Siderum peritiâ etiam Historicis eo tempore curæ fuit, ijs, quæ in terra gererentur *Characteres* etiam *Cælestes* apponere.

Itaque Eclipses bello *Peloponesiaco* commissæ, à *Thucidide* diligenter adnotatæ sunt, quas hîc quoque suis locis produximus.

Per hæc tempora *Philolaus*, *Anaxagoras*, *Archytas*, claruêre, ex quibus *Archytas Tarentinus* traductâ ad militiam Mathesi, quinquies Victor fuit.

Architæ Admirator & Hospes fuit *Plato*, *Platonis* autem discipulus *Eudoxus*.

Ejus est descriptio *Circulorum Cœlestium*, per certas fixas transeuntium, quam nobis dedit suo in Uranologio doctissimus *Petavius*.

Etsi enim ij tituli præferunt ab *Eudoxo* & *Arato* elaboratam illam descri-

ptionem, & *Arati Solensis* ætas centum annis ferè minor est *Eudoxi* ætate, facilè tamen fuit, eam designationem primum ab *Eudoxo* confici, Anno ante Christum 370. Emendatam deinde ab *Arato*, ac demum à *Hipparcho* Bythino demum Anno ante Christum 136. publicatam fuisse.

Anno ante Christum 331. producitur celebris Lunæ Eclipsis, paucis diebus antequam cum *Dario* ad *Arbela* pugnaretur ab *Alexandro Macedone*.

Cujus anni Vere, cum post expugnatam *Tyrum Alexandria* condita sit, subit mirari, cur præteritæ aliquot Eclipses sub *Evandro*, & *Phanostrato Atheniensium Archontibus*, ad tempora *Alexandrina* comparentur? cum constet longè post ab *Alexandro Magno* conditam *Alexandriã* fuisse. Sed *Ptolemaũ* scilicet *Alexandrinũ* decuit, & vetera *Babyloniorũ* & *Græcorũ* deinde observata, ad *Alexandrinum* Meridianum reducere, cui Tabulæ Ptolemaicæ responsuræ erant.

Sub idem tempus *Calippus* suas Periodos exorsus est, quadruplicatis *Cyclis Metonicis*, id alij censent honori datum *Alexandri Magni*. Sed *Keplerus* non infelici conjecturâ existimat, id factum à *Calippo* existimante primum hoc suæ Periodi N. L. in ipsam Meridiem incidere, quâ *Dionysia Athenis* celebrabantur, & Umbra Obelisci erat brevissima.

Anno 36. primæ Periodi Calippicæ, competunt *Tymocharidis*, *&* *Aristilli* Observationes seu comparationes Lunæ & Planetarum cum circumstantibus fixis, durantque in 60. & quod excurrit annos, ut necesse sit Observatores hos aut in longa tempora provixisse, aut successisse eorum laboribus, *Aratum*, *Aristarchum*, *Cononem*, *Apollonium*, qui per ea tempora incliti fuére.

Modus quidem observandi cæteros omnes pulchritudine, & certitudine antecedit, quem si posteritas sequi voluisset, haberemus hodie in Astronomiâ minus pompæ, plus certitudinis.

Iisdem temporibus consignantur fixarum declinationes ab his Observatoribus captæ, quod si per Armillas in palestra Alexandrina factum est, necesse erit, eas Armillas jam ante illic statutas fuisse, quam *Eratosthenes* ad curandam *Ptolemæi Evergetæ* Bibliothecam evocaretur.

Hæc est etiam Ætas *Archimedis Syracusij*, *qui Lunæ Solis, & quinque errantium motus in sphæram alligavit, ut tarditate, & celeritate dissimillimos motus, una regeret conversio*. ait prima Tusc. M. Cicero. Qualem machinam suâ quoque designatione curavit FERD. III. litteratissimus Imperator, cujus auspicijs Cælestis hæc Historia debetur. Cæterùm nulli eâ ætate plus Astrologia debuit quàm *Hipparcho Rhodio*; qui brevissimo Elogio à Ptolemæo appellatur Φιλόπονος καὶ Φιλαλήθης, quod utrumque ad juvandam Astronomiam necessarium est, ejus sunt observata Novem Æquinoctia, an in Rhodio? an Alexandriæ, Ægypti? id affirmare non ausim.

Ea tanquam præcipua & antiquissima motus Solaris, totiusque Astronomiæ fundamenta, suis locis assignantur

Subjuncta sunt etiam fixarum aliquot ab *Hipparcho observatæ* declinationes, ex quibus, & earum comparatione, cum *Aristilli* & *Tymocharidis* Observatis *Hipparchus* fixarum motum in consequentia invenit.

Earum deinde positus ab eodem *Hipparcho* consignatus, qualem memo-

rat lib. 7. Ptolemæus, ex recensitione viri docti adjungitur, comparatus cum Tabulis hodiernis Bayeri, atque Schilleri, qui nostrâ ætate dimetiendis siderum Iconismis, pari successu, & diligentia incubuerunt.

Claudit hanc Classem *Sosigenes*, post Alexandriam captam à *Iulio Cæsare* tanquam Opimum Spolium *Romam* traductus, eo Auctore, & Flav. Scribâ hortante Annus Julianus, 45. annis ante Æram Christianam institutus est. Cujus anni systemate in memorandis porrò, ac retrò, temporibus, utimur atque usi sumus.

Annus ante Christum 432.

Anno Nabonasseri 316. Abseude Magistratum Athenis gerente die 21. Phamenoth mensis septimi Ægyptiorum (die 28. Junij) observavit Meton & Euctemon Solstitium æstivum tempore matutino, horâ secundum Ptolemæum) 5. vel 6. a. m. Ita Mœstlinus in M. S. Calvisius habet diem 27. Junij.

Annus ante Christum 431.

Solis Eclipsis anno primo belli Peloponesiaci, dum Pericles in Peloponesum solveret, *quæ terruit Navarchum ejus, sed non Periclem.* Plutarch in Pericle ait, obductam cœlo noctem. At qui tum florebat Thucydides lib. 2. ait. *Eadem æstate primo die mensis in Neomenia, quo tantum tempore manifestum est Solem posse deficere, post meridiem Sol ita obscuratus est, ut aliquot Stellæ in cœlo sint visæ*, & paulo pòst: *Cum in formam dimidiatæ Lunæ factus esset, ad pristinam figuram reversus est.* Porrò initium belli Peloponesiaci fuit, an primo Olymp 87. ex Eusebio & Suida; Sed totus annus primus belli occupavit majore sui parte annum secundum, ut tradit Diodorus Siculus, docentque Scaliger. libi 5. Petavius lib. 8. cap. 13. Salvianus ad annum Mundi 3623. & Keplerus in Otpticis. Qui etiam consignant hanc Eclipsim die 3. Augusti, feriâ 4. Sed Petavius supputat, digitos tantum 10 25′ & durationem Hor. 1. 54′ Keplerus totalem asserit. Apud Ricciolum in Hist Eclips.

Annus ante Christum 424.

Anno 8 Peloponesiaci Eclipsis Solis observara & asserta à Thucydide lib. 4. ubi ait partem aliquam de Sole defecisse. Petavius lib 10. cap. 27. de hac Eclipsi scribit, *Contigit Martij 21. hora 8. 17. post mediam noctem in Horizonte Attico.* Sic enim hora corrigi jubetur in fine libri.

Annus ante Christum 413.

Anno 19. belli Peloponesiaci & 3 Olympiadis. 93. Eclipsis Lunæ asserta à Polybio lib. 9. Diodoro Siculo lib. 13. Thucydide lib. 7. & Plutarcho in Nicia Fuit hæc die 27. Augusti, ut ait Scaliger lib. 1. & Petavius. Addens fuisse digitorum 13. Sed Apianus in Astronomico Cæsareo refert hanc ad annum 414 Septemb. 8. quo tres digiti, obscurati sunt post occasum. Ricciolus in Histor. Eclips.

Annus ante Christum 406.

Anno 3. Olymp. 93. quo vetus Minervæ templun Athenis conflagravit, Lunæ Eclipsis asserta à Xenophonte lib 2. de rebus Græcorum; Confertur à Petavio in Annum Periodi Julianæ 4308. April. 15. Ricciolus loc cit

Annus ante Christum 404

Anno primo Olymp. 94. & ultimo belli Peloponesiaci, quo Dionysius Siracusarum tyrannus Superatus est à Carthaginensibus, Eclipsis Solis, de qua Xenophon lib 2. Hellenic. Fuit die 3. Sept. fer. 6. Sexto mense post absolutum bellum Pelopon ut habet Scaliger lib. 5. Ricciolus loc. cit.

Annus ante Christum 394.

Solis Eclipsis apud Xenophontem lib. 4. qui ait: *Dum Conon prælio navali Persas vinceret, Solem apparuisse falcatum, instar Lunæ.* Refertur à Saliano in annum :. Olymp 96. Petavius eam anno Periodi Julianæ 4320. Augusti 14. consignat. Ricciolus loc. cit.

Annus ante Christum 383.

Magistratu Phanostrati apud Athenienses mense Possideone, Anno Nabonn. 366. die 26. seq. 27. Thoth (23. seq. 24. Decemb.) defecit parva circuli Lunaris pars, ab ortu æstivo, cum noctis semihora superesset: hoc est horis 5. 30′ post mediam noctem: Er occidit Luna adhuc deficiens. Duratio tota fuisse debet Hor. 1. 30′ proximè. Sol erat circa finem Sagittarij, & longitudo noctis Babylone Horarum æqualium 14. 24″ Initium ergò deliquij Babylone fuit post mediam noctem horis æqualibus 6. 36′ Sed medium Eclipsis ibidem contigit Hor. æqualibus. 7. : 0′ & Alexandriæ Hor. 6. 30′ post med. noct. Ptol. lib 4 c. 11.

Annus ante Christum 382.

Eodem Archonte Phanostrato, mense Scirtophorione, secundum Ægyptios mense Phamenoth die 24. seq. 25. (18. seq 19 Junij) defecit Luna ab Ortu Æstivo, horâ primâ transactâ, id est Horis 5. 30′ ut plurimum ante mediam noctem: quæ horæ sunt temporales, faciuntque Babylone pro illo tempore, cum Sol erat juxta finem ♊, horas æquales 4. 24′ Principium Eclipsis Babylone fuit horis æqualibus 7. 36′ post merid. Et quia tota duratio scribitur fuisse trium horarum, medium videlicet fuit Babylone horis æqualibus 9. 10′ sed Alexandriæ hor. 8 15′ proximè post meridiem. Ptol. lib. 4 c. 11.

Nota. Cum Luna dicatur defecisse horâ primâ transacta, prima illa hora, non ab occasu Solis, sed ab ortu Lunæ computanda erit? qui Ortus, Occasum Solis tunc antevertit, Luna nimirum nondum diame-

traliter Soli oppositi, sed illuc tendente. Sicut & in duabus Lunæ Eclipsibus, primo, & secundo anno Markempadi supra allatis, tempus ad Ortum Lunæ refertur.

Archonte Athenis Evandro, mense primo Possideone, hoc est anno Nabon. 367. die 16 seq 17. Thoth, (12 seq. 13. Decemb.) defecit Luna tota, incipiens ab ortu æstivo horis quatuor transactis. Tota duratio 4. horarum æqualium fuit. Sol duas Sagittarij partes peregerat. Initium Eclipsis Babylone contigit, horis temporalibus ad summum 2.30′ ante mediam noctem, quæ faciunt pro illo tempore & loco, horas tres æquales. Medium Deliquij Babylone fuit horis æqualibus 11. Alexandriæ hor. 10. 10′ post meridiem. Ex Ptol. ibid.

Nota. Ab Occasu Solis ad mediam noctem, numerantur 6. horæ temporales; quod si Luna defecit horis 4. transactis, residuæ erunt horæ duæ ad mediam noctem. quonam igitur pacto initium deliquij horis temporalibus 2. & 30′ ante mediam noctem collocatur? Ita Bullialdus in Astron lib. 3. cap. 6. qui proinde textui correctionem adhibet.

Annus ante Christum 368.

Arcticus Circulus sive circulus Stellarum non occidentium Athenis, Eudoxi & Arati.

Nomina Stellarum		Distantia à Polo Mundi Eudoxi tempore.	
Bootæ sinister humerus.		40°	13′
Superiora Coronæ		52	10
Caput Draconis		37	0
Superiora fidiculæ		51	8
Superiora dextræ alæ Cygni		39	39
Cephei pectus		36	28
Cassiopeæ superiora, id est pedes		39	26
Ursæ majoris pedes anteriores	Australior pedis dextri.	37	24
	Borealior pedis ejusdem.	36	47

Tropicus Circulus Eudoxi & Arati.

Nomina Stellarum		Distantia à Polo Mundi Eudoxi tempore.	
Geminorum capita	Antecedentis	56°	43′
	Succedentis	59	48
Genua Heniochi imò pedes	Dexter pes	63	14
	Sinister	63	26
Persei sinistra tibia		63	57
Persei sinister humerus.		5[illegible]	57
Andromedæ dextra.	In brachio dextro Australissima.	66	29
Cygni collum		59°	27
Cygni rostrum.		64	55
Ophiuch humeri	Dexter	81	31
	Sinister	74	21
Leo	Cor Leonis	68	11
	Australis colli	63	26

Cancer cujus	Borea præcedentium in laterculo.	66	1
	Australior præcedentium in laterculo.	66	48
	Borea succedentium sive Asellus boreus.	62	56
	Australis succedentium qui & Asellus australis.	66	10
Ophiuchi caput		73	13
Cygni ala sinistra.	Extrema alæ	67	54
	In ancone alæ	63	15
Andromedæ	Australis 3. in dextro brachio.	66	29
Serpentis Ophiuchi collum.		64	28
Ingeniculi dextra manus.	Hujus ancon.	63	37

Æquinoctialis circulus Eudoxi & Arati.

Nomina Stellarum		Distantia à Polo Boreo, Eudoxi seculo.	
Aries in longum	Renes illius	80°	7′
Tauri genu	Dextrum	89	43
Zona Orionis	Media Zonæ	95	21
Flexus Hydræ.		89	15
Crater.	Borea peripheria	88	16
	Ansa borealis.	91	22
Corvus.	In ala sequente	93	9
Chelæ.	Lucida Chelæ boreæ	87	57
Ophiuchi genua	Sinistrum	92	51
	Dextrum	99	33
Aquilæ alæ sinistræ	Infima	87	10
Equi lumbus		88	22
Equi caput.	Os Pegasi	89	18
Equi collum.	Lucida colli	90	27
Piscis boreus.	Media trium in australi spina	82	16

Apud Dion. Petavium in Dissertatione ad Uranologion. lib. 3. cap. 6.

Annus ante Christum 357.

Aristoteles lib. 2. de Cœlo scribit: *Lunam vidimus dichotomam subintrasse Martem, qui ab ejus parte obscurâ occultatus fuit, & emersit ex parte ipsius splendidâ.* Id quod vespere diei 4. Aprilis Anno ante Christum 357. evenisse ait Keplerus in Marte c. ultimo. Apud Ricciolum lib. 7. cap. 4.

Idem Aristoteles lib. 1. cap. 6. Meteor. ait: *Atque ipsi jam semel atque iterum vidimus Iovis stellam in ♊ existentem, quandam subiisse, ac eam occultasse.* Aristoteles tamen eo loco stellam illam non indicat, nec etiam tempus vel annum notat. Mœstlin. in M. S.

Annus ante Christum 331.

Ad hunc annum refertur celebris Lunæ defectio, quæ incidit, undecim diebus antequam ad Arbela cum Dario pugnaret Alexander, ut Plutarchus in ejus vita memorat Plinius lib. 4 cap. 70. *Nobili,* inquit, *ad Arbela magni Alexandri victoriâ, Luna defecisse noctis secundâ horâ prodita est, eadem in Sicilia exoriens.* Apud Petavium lib. 8. cap. 13. ubi etiam huic deliquio Olympiadis 112. annum secundum assignari & initium defectionis Arbelis horâ 8. 20′ post meridiem ex numeris producit. Idem Auctor lib. 13. anno ante Christum 331. ita scribit: *Eclipsis Lunæ Sept.*

20. feria 2. seq. 3. horâ 22. 11′ Arbelis quando tota defecit, undecim diebus ante pugnam ad Arbela, quæ Octob. Kalend. accidit.

Annus ante Christum 320.

Solis Eclipsis C. Junio & Q. Æmilio Coss. cum Agatholces Siciliæ Rex in Africam, contra Carthag. classem trajiceret. Fuitque An. 3. Olymp. 117. Ex Justino lib. 22. & Diod. lib. 20. qui adjungit: *Postero die tanta Solis obscuratio facta est, ut planè noctem diceres, Stellis undique apparentibus.* Ricciolus in Hist Eclips.

Annus ante Christum 295.

Anno 36. primæ Periodi secundum Calippum (Nabonnassaris 454 à morte Alexandri 30) die 25. possideonos, vel die 16. seq. 17. Paophi (21. Dec.) horâ 10. temporali post medium noctis, observavit Timocharis Alexandriæ Lunæ limbum boreum ἀκριβῶς σφόδρα (ad unguem) attingere stellam illam, quæ est ad Septentrionem in fronte Constellationis Scorpij (Hæc apud Ptol, est 1. & apud Bayerum notatur litt β) Locus Lunæ verus erat 1° 15′ ♏ Latitudo borea 1° 20′ Locus visus 2° 0′ ♏. Latit. visa 1° 5′ borea (Græcè à ιβ) Unde & locus Stellæ 2° 0′ ♏ Latit. 1° 20′ proximè borea. Ptol. lib. 7. cap. 3.

Annus ante Christum 294.

Anno eodem 36. primæ secundum Calippum Periodi, die 15. Elaphibolionos, hoc est 5. seq. 6. Tybi, horâ tertiâ temporali incipiente, hoc est (☉ in 15. ♓) horis tam temporalibus, quam æquinoctialibus 4. proximè ante mediam noctem, observavit Timochares Alexandriæ Lunam cum Spica Virginis Cernebatur autem Luna mediâ suâ curuaturâ (Græcè ἀψῖδι) quæ ortum æquinoctialem respexerat Spicam comprehendere (Græcè κατέλαβε) Spica verò pertransijt tertiam auferens partem exactè de diametro Lunæ versus boream. Erat tunc verus Lunæ locus 20° 21′ ♍ Lat. Austr. 1° 50′ locus visus 22° 12′ ♍ & Latitudo Australis visa 2° proximè. Locus igitur Spicæ erat 22° 0′ ♍ lat. aust. 2° 0′ Ibidem.

Annus ante Christum 283.

Anno 47. primæ Periodi 76. annorum secundum Calippum (Nabon. 465. Alex. 41.) die 8. Anthistirionos, vel die 29. seq. 30. Athyr (29. Januarij) in fine tertiæ horæ, hoc est (☉ in 70° ♒) horis 3. 20′ æquinoctialibus ante mediam noctem, Lunæ australis medietas videbatur Timochari, Alexandriæ inducta super mediam Plejadum. Erat tamen illa fixa paulò orientalior, & borealior Lunâ: Cujus tunc locus verus 0° 20′ ♉ lat. bor. 3. 45 locus visus. 29° 20′ ♈ lat. Bor. visa 3° 35′ Locus ergo Fixæ 29° 30′ ♈ latit. Bor. 3° 40′ Ibidem.

Anno 48. ejusdem Periodi (Nabonn. 466.) Pyanepsionos desinente. vel die 7 seq. 8. Thoth (9. Nov.) horis, ut quidem dicitur $9\frac{1}{2}$ absolutis, hoc est horis 3. 30′ temporalibus, vel (Sole in medio Scorpij) horis $4\frac{1}{8}$ æquinoctialibus post medium noctis; Verum fuisse debet hor. 2. 30′ tantum, quia hoc tempus 22° 30′ ♊ in medio cœli existenti competit: Ibi Spica exactè attingebat limbum borealem Lunæ exorientis supra horizontem: cujus locus verus erat 21° 30′ ♍ lat. austral. 2° 10′ sed secundum visum Locus Lunæ 22° 30′ ♍ lat. aust. 2. 15′. Hinc locus Spicæ 22° 30′ ♍ latit. 2° 0′ proximè Australis ibidem.

Subjungimus Declinationes Fixarum aliquot, quas Timochares, & Aristillus consignavit. Quorum v. trumque Ricciolus parte 1. Chronici, ad annum ante Christum trecentesimum refert.

Declinatio Aquilæ	5′	48′	B.
Mediæ Plejadum	14°	30	B.
Oculi Tauri	8	45	B.
Capræ	40	0	B.
Præcedentis humeri Orionis.	1	12	B.
Sequentis Humeri Orionis.	3	50	B.
Sirij	16	20	A
Præcedentis ♊	33	0	B
Sequentis ♊	30	0	B.
Cordis ♌	21	20	B.
Spicæ ♍	1	24	B
Extremæ, in cauda Ursæ majoris	61	30	B.
Illius quæ in mediâ caudâ	67	15	B
Illius quæ in ipsa quasi radice	68	30	B.
Arcturi	31	30	B.
Illius quæ in extremitate australis forficis Scorpij	5	0	A.
Illius quæ in extremitate forficis Borealis	1	12	B.
Cordis Scorpij	18	20	A.

Ptol. lib. 7. cap. 3.

Annus ante Christum 280.

Anno 50. desinente primæ secundum Calippum Periodi (Nabonn. 468 Alex. 44. observavit Aristarchus Solstitium æstivum die 28. Pharmuthi mensis octavi, hoc est 26. Junij, tempore vespertino. Mœstlin. in M.S.

Annus ante Christum 272.

Anno 13. Dionysij (Nabonn. 52. Alex.) die 25. αἰγωνος, hoc est die 20. seq. 21. Athyr (18. Januar.) sub Auroram Martis Stella videbatur applicari vel admoveri (Græca vox est προστεθεικέναι, quam Trapezuntius vertit incumbere) stellæ fixæ, quæ in boreali fronte Scorpij est, numero ejus Asterismi prima. Erat igitur locus Martis 2° 15′ ♏. Ptolem. lib. 10. c. 9.

Anno 13. Ptolemæi Philadelphi die 17. seq. 18. Mesori (12. Octob.) Horâ 12. hoc est in diluculo diei 18. observavit Timochares Venerem. Occupabat autem tum ad amussim stellam Prævindemiatrici oppositam, quam Ptolemæus dicit esse post illam, quæ est in extremitate australis alæ Virginis; & fuisse in primo anno Antonini in 8° 15′ ♍ Unde intelligitur eam in Constellatione Virginis apud Ptol esse numero sextam. Porrò locus ♀ tempore observationis, colligitur fuisse in 4° 10′ ♍. Ptol. lib. 10. c. 4.

Annus ante Chriſtum 265.

Anno 21. ſecundum Dionyſium (Nabonn. 484. Alex. 60.) die 22. Scorpionis, vel ſecundum Ægyptios diebus 18 tranſactis mane diei 19. menſis Thoth (15. Novemb.) Mercurius cernebarur matutinus remotus ſecundum ſucceſſionem ſignorum, à rectâ tranſeunte per borealem frontem ♏ & eam quæ media eſt, ad diametrum Lunæ unam: ſed à prima ſtella ♏ ſeparatus erat ad boream per 2. diametros Lunæ. Erat autem longitudo mediæ in fronte locus (ſecundum Ptolem.) 1° 40′ ♏. Lat. Auſt. 1. 40′ Longit. primæ ♏ locus 2° 20′ ♏. Lat Bor. 1° 20′, Ex quibus conjiciebatur Longit Mercurij locus (ſecundum Ptol.) 3° 20′ ♏. Lat. Bor. 1° 50′ fermè. Certum autem erat Mercurium nondum ad limitem matutinum extremum perveniſſe, cum quarto die ſequente ab eadem rectâ abfuerit ad ſeſqui diametros Lunæ. Receſſit ita ☿ ab eâ rectâ tantum per dimidiam diametrum Lunæ, cum ☉ medius 4. ferè gradibus ſit progreſſus Ptolem lib. 9. cap. 10.

Annus ante Chriſtum 262.

Anno 23. ſecundum Dionyſium (Nabon 486. Alex. 62) die 29 (Bullialdus lib. 10. Aſtron. c. 11. dicit legendum 19.) (ὑδρωνος) vel ſecundum Ægyptios tranſacto 17. in mane 18. diei menſis Chæac (12. Febr.) erat ☿ in maxima diſtantia à ☉ matutinus. Conjungebatur autem ſecundum longitudinem Lucidæ in cauda Capricorni orientali, ſecundum latitudinem verò borealior erat per 3. Lunæ diametros. Locus ſtellæ fixæ, ſecund. Ptolem. fuit 22° 20′ ♑, qui etiam ☿ locus erat. Sed Solis locus medius 18. 10. ♒ hinc diſtantia ☿ matutina 25° 50′. Huic ſimilem Ptolem. ex antiquis non habet. Ptolem. lib. 9. c. 7.

Anno eodem die 4. Tauronis, vel ſecundum Ægyptios die 30. Mechir, ſequente primâ Phamenoth (26. April.) veſperi, ☿ diſtare viſus ad ſucceſſionem à recta per cornua ♉ tranſeunte per 3. Lunas, id eſt 1° 34′ ſed ab ea quæ communis eſt cornu boreo, & pedi Heniochi, aberat verſus meridiem paulò plús quàm 3. lunas, id eſt 1° 35. proximè. Locus ſtellæ in dextro cornu ♉ ſecundum Ptolem. fuiſſe ſcribitur 21° 40′ ♉ Latitudo 5° 30′ borea (ſecundum Theonem) alterius cornu 23° 40′ lat. auſtr. 2° 30′ Mercurij autem locus à Ptolemæo colligitur 23° 40′ ♉ Solis medius erat 29° 30′ ♈. atque hinc diſtantia ☿ veſpertina maxima à ☉ 24° 10′ Ptolem lib. 9. cap. 7.

Anno 24. ſecundum Dionyſium die 28. λεόντωνος, vel ſecundum Ægyptios die 30. Payni (23. Auguſt) præcedebat veſperi Mercurius Spicam ♍ contra ſucceſſionem (ſicut Hipparchus computavit) paulò plus tribus gradibus: Locus ergo ☿ erat 19° 30′ ♍. Medius Solis fuit 27° 50′ ♌. diſtantia ergo veſpertina maxima ☿ 21° 40′ Ptol. lib. 9. c. 7.

Annus ante Chriſtum 257.

Anno 28. ſecundum Dionyſium (Nabon. 491. Alex. 67) die 7 διδύμωνος vel ſecundum Ægyptios die 5. ſeq. 6. Pharmuthi (29. Maij) veſperi conſpiciebatur Mercurius in recta linea cum duobus geminorum capitibus. Erat autem diſtantia ſequentis ♊ & ☿ (qui ab illa auſtralis fuit) ad diſtantiam ipſarum fixarum dupla, minus unâ tertia diametri ☽ (id eſt 10′.)

Cum igitur capita ♊ à ſe removeantur 3° 20′ abfuit ☿ ab poſteriore ♊ 60° 30′ cumque locus præced. ♊ fuerit 19° 24′ ♊ lat. bor. 9° 30. ſequentis ♊ 22. 44. ♊ lat. bor. 6. 15′. Hinc colligitur locus ☿ 29 20. ♊. Eo tempore Sol medio motu erat, in 2° 50′ ♊. Diſtantia igitur ☿ à Sole 26° 30′. Ptol. lib. 9. cap. 7.

Annus ante Chriſtum 256.

Lunæ Eclipſis Anno 4. Olymp. 130. ante obitum Carneadis ex Diogene Laërtio in vita ejus. Ricciolus.

Annus ante Chriſtum 245.

Anno 67. ſecundum Chaldæos: (Nabon. 504. Alex. 80.) Apellæi menſis die 5. hoc eſt ſecundum Ægyptios die 27 ſeq. 28. Thoth (19 Novemb.) mane cernebatur ☿ ſupra frontem Scorpij Boream ad medietatem cubiti (πήχεος 5″) Unde Locus 2° 20′ ♏ Solis medius fuit 24° 50′ ♏ Ergo diſtantia ☿ matutina 22° 30′. Ptol. lib. 9 cap. 7.

Annus ante Chriſtum 241.

Anno 45 ſecundum Dionyſium (Nabon. 507. Alex. 83.) die 10. παρθένωνος, hoc eſt die 17. ſeq. 18. Epiphi (4. Sept.) in mane cernebatur Jovis ſtella obtegere ſtellam Cancri, quæ Aſinus auſtralis dicitur. Erat igitur Locus Jovis 7° 33′ ♋. Ptol. lib. 11. c. 3.

Annus ante Chriſtum 237.

Anno 75. ſecundum Chaldæos (Nabon. 512 Alex. 88.) die 14. δίυ, vel ſecundum Ægyptios die 9 ſeq. 10. menſis Thoth (30. Octob.) cernebatur Mercurius matutinus ſupra lancem ♎ auſtralem per cubitum dimidium (πήχεος 5″.) vel (ſecundum Regio) cubitum unum & dimidium, Locus ☿ fuit ſecundum Ptolem. in 14′ 10′ ♎ Solis medius 5° 10′ ♏ diſtantia igitur matutina 21° 0′. Ptolem. lib. 9 c. 7.

Annus ante Chriſtum 229.

Anno 82 ſecundum Chaldæos (Nabon. 519. Alex. 95.) die 5. Xanthici, vel ſecundum Ægyptios 14 Tybi. (1. Martij) ſub crepuſculum veſpertinum, cernebatur ♄ duobus digitis, ſub ſtella ea, quæ in auſtrali Virginis humero, numero ſeptima ejus Aſteriſmi: Hinc locus Saturni erat in 9° 30′ ♍ Ptol. lib. 11. cap. 7.

Annus ante Chriſtum 219.

Lunæ Eclipſis Anno Urbis C. 535. C. Livio Salinatore, & Æmilio Paulo Coſſ. viſa in Myſnia, de qua Polybius lib. 4. Fuit nocte inter 19. & 20. Martij digitorum 12. 40′ & cœpit ibi 18′ poſt Mediam noctem, totalis fuit H. 1. 45′ emerſio H. 2. 25′ finis H. 3. 52′ ut habet Petavius.

Annus ante Christum 203.

Solis Eclipsis Cn. Cornelio Cœpione & C. Servilio Gemino Coss. visa Frusini in Latio, de qua Livius lib. 30. sub obscurè: alij eam ad annum præcedentem, quo Consules fuere Cethegus & Tuditanus referunt. Ricciolus.

Annus ante Christum 202.

Solis Eclipsis Tiberio Claudio Nerone & M. Servilio Gemino Coss. visa Cumis in Campania, ex Livio lib. 30. Anno Urbis conditæ 552. fuit Octob. 19. dig 1. Hor. post mediam noctem 20. 24′ ex Petavio. Ita Ricciolus.

Annus ante Christum 201.

Anno 54. Secundæ secundum Calippum Periodi, qui est 547. à primo anno Nabonnassari, & 123. à morte Alexandri, die 16. seq. 17. Messori (21. seq 22. Sept, incepit Luna Alexandriæ deficere dimidiâ horâ ante ortum suum, repletaque est in tertiæ horæ medio: medium ergo deliquij fuit initio secundæ horæ, id est horis tam temporalibus quam æqualibus 5. ante mediam noctem, Alexandriæ; Soli circa finem ♍ existente. Ptol. lib. 4. cap. 11.

Nota. Ricciolus, & Calvisius signant diem 22. Septembr.

Annus ante Christum 200.

Anno sequenti die 9. seq. 10 Mechir (19. seq. 20 Martij) defecit Luna tota; incœpit autem deficere Alexandriæ horâ noctis 5. 20′ transactâ. Initium ergo Eclipsis fuit horis 11° 20′ p. m. cum Sol esset juxta finem ♓ Medium verò tempus fuit horis 13. 20′ post merid. Ibidem.

Anno eodem denuo defecit Luna tota, die 5. seq 6. Messori (11. seq. 12. Sept.) Incœpit deliquium Alexandriæ hora 6. 40′ noctis, medium erat hora noctis 8. 20′ proximè, id est horis æqualibus 2° 15. proximè post mediam noctem, cum Sol esset juxta medietatem ♍. Ibidem.

Annus ante Christum 190.

Solis Eclipsis anno Urb, cond 564. L. Cornelio Scipione Asiatico & Cajo Lelio Nepote Coss. V. Idus Quintiles anni vetusti: de qua Livius lib. 7. Dec. 4. dicens; *Cælo Sereno interdiu obscurata lux est, cum ☽ sub Orbem Solis subijsset.* Fuit die non 9. ut ponit Reinerus, sed pridie Idus seu 14. Martij anni Juliani, ut habet Scaliger & Petavius. Ita Ricciolus.

Annus ante Christum 188.

Solis Eclipsis Anno Vrbis C. 565. C. Livio Salinatore & Marco Valerio Messala Coss. ☉ intra tertiam & quartam diei horam Romæ defecit. Ex Livio lib. 8. Dec. 3. Fuit hæc Petavio Julij 17. Ricciolus.

Annus ante Christum 174.

Anno 7. Ptolemæi Philometoris, qui est 574. Nab 150. Alexan. die 27. seq. 28. Phamenoth (30. April. seq. 1. Maij) defecit Luna à Septentrione ad summum 7. digitis. Incœpit deliquium Alexandriæ initio horæ octavæ, & duravit usque ad finem decimæ: medium ergò fuit horis 2. 30′ temporalibus, vel horis 2. 20° æqualibus post mediam noctem, cum Sol esset in 6. 15′ ♉ Ptol. lib. 6. cap. 5.

Annus ante Christum 168.

Lunæ Eclipsis, quam primus apud Romanos prædixit Sulpitius Gallus An Vrb C. 586. L. Æmilio Paulo, & C. Licinio Crasso Coss pridie quam Perseus Rex à Paulo superatus est, ut ait Plinius lib. 2. c. 12. & Plutarchus in Paulo Æm. Defecitque in Macedonia ab hora 2 ad 4. nocte, quæ antecedebat diem 4. Sept. ut habet Livius lib. 4. Dec. 5. Sed annus Pompilianus erat luxatus, ob intercalationem vitiosam, ut notat pluribus exemplis Scaliger, addens: fuisse Junij 21. Juliani. Petavius computat digitos 16 ferè, aitque cœpisse Eclipsim in Macedonia post merid. die 21. Junij, H 5. 59′ totalem Obscurationem H. 7. 42′ emersionem H. 8. 22′ finem H. 10. 5′ Ricciolus.

Annus ante Christum 162.

17. III. Periodi Calippicæ. Mesori 30. Sept. Æquinoctium Autumnale sub occasum ☉lis

Annus ante Christum 159.

20. III. Periodi Calippicæ. Intercalarium 1. Sept. 27. Æquinoctium Autumnale sub Ortum Solis.

Annus ante Christum 158.

21. III. Periodi Calippicæ. Intercalarium 1. Sept. 27. Æquinoctium Autumnale ipso Meridie.

Annus ante Christum 147.

32. III. Periodi Calippicæ. Intercalarium 3 Sept. 26. Media nocte.

Annus ante Christum 146.

32. III. Periodi Calippicæ. Mechir 27. Mart. 24. Æquinoctium Vernum, Manè & circa H 5. diei.

Eodem anno die 1. Payni Junij 26. quadrante post Merid. Solstitium.

Eodem anno. Intercalarium 4. Sept. 27. Æquinoctium Autumnale in Ortu Solis.

Annus ante Christum 143.

36. III. Periodi Calippicæ 4. Intercalarium. Sept. 26. Æquinoctium Autumnale, circa ☉ occasum.

Annus ante Christum 141.

37. III. Periodi Calippicæ. Die 2. seq. 3. Tybi (26. seq. 27. Jan) initio horæ quintæ cœpit ☾ deficere in Rhodo summum tribus digitis ab Austro.

Inirium Horis 2. Temporalibus ante M N. quæ in Rhodo & Alexandria fuerunt æquales 2. 20′ Medium 31° 50′

Eodem anno 28 Mechir. 23. Martij. Meridie Æquinoctium Vernum.

Annus ante Christum 135.

43. III. Periodi Calippicæ. 29. Mechir. Mart. 23. AEquinoctium vernum circa mediam noctem.

Anno

Anno eodem. 4. Payni ipſo Meridie, Solſtitium.

Annus ante Chriſtum 128.

49. III. Periodi Calippicæ I. Phamenoth Mart. 20. Æquinoctium vernum, ſub occaſum Solis.

Annus ante Chriſtum 128.

Anno 50. tertiæ ſecundum Calippum periodi (Nab. 620. Alex. 196.) die 16. Epiphi (5. Aug) completis 40′ primæ horæ temporalis, hoc eſt (Sole in prima parte Leonis exiſtente) horis $6\frac{1}{6}$ ante meridiem æqualibus, obſervavit Hipparchus in Rhodo Solem & Lunam, Locus Solis videbatur 8° 35′ ♌ Locus Lunæ 12° 20′ ♉ diſtantia igitur 86° 15′. Gradus medij cœli erat 9° ♉ verus locus Solis 8° 20′ ♌. medius Lunæ locus 4° 25′ ♉ verus 12° 5′. ♉ proſthaphæreſis ergò ☽ maxima foret 7° 40′ Ptol. lib. 5 cap. 3.

Anno eodem 50. tertiæ ſecundum Calippum periodi obſervavit Hipparchus locum cordis ♌, eumq; invenit eſſe in 29° 50′ ♋. Ptol. lib. 7. c. 2.

Annus ante Chriſtum 127.

Anno à morte Alexandri 197. (Nabon. 621.) die 11. Pharmuthi (2. Maij) in principio horæ ſecundæ diei, hoc eſt horis æquinoctialibus 5. 40′ proximè ante meridiem, obſervavit Hipparchus in Rhodo ☉ & ☽ eorumque diſtantiam. Videbatur autem Sol in 7° 45′ ♉, ſed Luna in 21° 40. ♓ ablatâ igitur paralaxi verus locus Lunæ fuit 21° 28′. ♓. Diſtantia à Sole in conſequentia 313° 42′ proximè. Ptol. lib. 5. c. 5.

Anno eodem die 17. Payni (2. Julij) horâ 9. 20′. diei, hoc eſt horis 4 æquinoctialibus poſt meridiem elapſis, obſervavit Hipparchus Solem & Lunam in Rhodo. Cernebatur autem Sol occupare 10°. 54′ ♋ & ☽ 29° 0′ ♌. Erat igitur diſtantia eorum 48° 6. Oriebatur 29 ♏ mediabat 10° ♍. Ptolemæus numerat verum ☉ locum 10° 40′ ♋. Ibidem.

Declinationes Fixarum aliquot ab Hipparcho proditæ.

Declinatio Aquilæ.	4°	48′	B.
Mediæ Plejadum	15	30	B.
Oculi Tauri	9	45	B.
Capellæ	40	24	B.
Præcedentis Humeri Orionis.	1	48	B.
Sequentis Humeri Orionis	4	20	B.
Sirij	16	0	A.
Præcedentis ♊	33	10	B.
Sequentis ♊	30	0	B.
Cordis ♌	20	40	B.
Spicæ ♍	0	36	B.
Extremæ in Cauda Urſæ majoris.	60	45	B
Mediæ in eadem Caudâ	66	30	B.
Tertiæ quæ in ipſa quaſi Caudæ radice	67	40	B.
Arcturi	31	0	B.
Illius quæ in extremitate Forficis Auſtralis Scorpij	5	36	B.
Illius quæ in extremitate Forficis borealis.	0	24	B.
Cordis Scorpij	19	0	A.

Ptolemæus lib. 7. cap. 3.

Annus ante Chriſtum 122.

Subjungimus fixarum quarundam inter ſe collatarum poſitum, de quo Ptolemæus lib. 7 c 1 ſcripſit: Eum poſt ducentos & 60 ferè annos invariatum videri. Conſignat autem ſuas obſervationes Ptolemæus tempore Imperatoris Hadriani, & qui hunc ſucceſſit Antonini: cujus initium ad annum Chriſti 138. refertur. Si igitur hæc annorum ſumma ex annis illis 260. dematur, reſiduus numerus ante Chriſtum 122. exhibebit. Fixarum, quarundam ſitus ex Ptolemæo acceptos.

1 Stella in Auſtrali Chela Cancri, & ſplendida quæ ſimul hanc, ſimul caput Hydræ præcedit, atque Lucida Canis minoris, in rectâ proximè linea cernebantur: nam media harum digito uno ac dimidio ad Boream & ad Ortum deviabat: interſtitia autem inter ipſas erant æqualia.

Nota. Apud Bayerum Stella in Auſtrali Brachio Cancri, ſignata litt. α, atque alia in ultimo pede auſtrino, ſignata litt β. & Lucida Canis minoris, ad lineam quidem rectam ſe admovent, deviante parum mediâ verſus Boream; intervalla autem, inter ipſas non ſunt valde inæqualia.

2. Ex Stellis 4. in capite Leonis binæ ad Ortum, cum Stella, in enaſcentia colli (ἐν τῇ ἐκφύσει τοῦ τραχήλου.) Hydræ, rectam lineam obtinebant.

Nota. In tabula Leonis apud Bayerum, Stellæ 6. in Leonis Capite cernuntur, ſed duæ parvæ & ſexti Ordinis. Ex reliquis 4. duæ ad ortum ſitæ litt. μ & ε. notantur. Stellæ quæ in eadem Tabulâ ad Auſtrum ſupra lineam Æquatoris, & infra extremitatem Auſtralem Zodiaci jacent, ad Hydram pertinent: Ex quibus ſi accipiatur omnium minima, & ab ipſa ad ſtellam μ, in capite Leonis Linea ducatur, relinquet hæc centrum ſtellæ ε, parum ad latus. Porro ſtella illa minima in propria Hydræ Tabula, ſignatur litt. ω, eique in Nomenclatura ſive Catalogo ſtellarum Num. 6. adjungitur. Stella autem ſexta in Conſtellatione Hydræ apud Ptolemæum dicitur eſſe τῶν ἐν τῇ ἐκφύσει τοῦ τραχήλου β ὁ ἡγούμενος: Duarum in Enaſcentia colli præcedens.

3. Stella ſplendida ſub Cauda Urſæ majoris intercipiebatur per digitum unum, à Linea ducta per caudam Leonis, & per extremam ſtellam in Cauda ejuſdem Urſæ.

Nota. Illa ſub Cauda Urſæ informis quidem eſt, ſed luculenta.

4. Linea ducta per Caudam Leonis, & per illam ſplendidam modo dictam, ſub Cauda Urſæ, conjungebat etiam ſtellas præcedentes earum, quæ ſunt in Crine, id eſt in Coma Berenices.

Nota. Apud Schillerum in Conſtellatione Comæ Berenices Linea ducta per Caudam Leonis, & per illam ſub Cauda Urſæ, ex propinquo quidem Stellas Comæ præteriabitur, eas tamen non attingit. Latinus Ptolemæi Interpres pro Crine, Præcanem poſuit, cum hic longe abſit, & Græca lectio expreſsè habeat: ἐν τῷ πλοκάμῳ.

5. Pes Borealis Virginis, Pes dexter Bootis, & duarum his interjacentium borealis, ac ſemiſplendida in recta linea erant; cum altera Auſtrali, & ſplendida, pedique Bootis ſimili, à linea recta pedum evariaret ad ortum. Jam ſplendidam illam ſplendidæ duæ antecedebant,

facientes cũ semisplendida, Trianguli Isosceles, cujus verticem ipsa semisplendida occupabat. Hæ autem in recta linea jacebant, tum cum Arcturo, tum cum Australi Virginis pede.

Nota. In Constellatione Virginis apud Bayerum sunt stellæ duæ φ & υ, vicinæ Pedi boreo Virginis, ex quibus stella υ. verticem occupat Trianguli Isoscelis, quod componit cum stellis τ. & γ. Jam stella ι. quamvis attribuatur Syrmati, potest tamen etiam pedis borei stella dici. Ab hac si cogitetur linea duci ad stellam ζ in pede dextro Bootis sitam, quæ tamen in Tabula Virginis, præsens non est, tunc linea illa, stellam υ. vel intrabit, vel proximè præteribit, stella φ versus Ortum relictâ, ut ex Tabula 50. quæ est Hemisphærij borei intelligi potest. in qua stella φ. ibi cernitur, ubi linea Scorpij Æquatorem intersecat; alteraque proxima, est Stella υ. quomodo autem earum declinatio præcisè se habeat, inde cognosci nequit. Schillerus in Tabula quam vocat Canonicam, Stellæ φ. (quæ apud ipsum est 23.) assignat Declinationem Australem 0° 31′ Sed Stellam υ, eo loco non habet: quæ, si minus ad Austrum, aut omnino ad boream declinat, vel ipsi Æquatori subest, utique borealior dici poterit, etsi respectu latitudinis seu Eclipticæ sit Australior. Quid etiam si diceret quispiam, antiquo illo æuo, quidquid sit de nostro, Stellam υ. polo Mundi boreo propiorem fuisse, quam Stella φ tunc fuerat; invariata interim inter ipsasmet stellas distantia? Jam autem Stellæ τ. & ρ. quæ basim Trianguli illius Isoscelis occupant, in una recta linea cum Arcturo & pede Virginis australi non jacent.

Quid verò si diceretur per Australem Virginis pedem intelligi duas stellas λ & κ? nam linea à stella λ ad stellam ρ ducta etiam stellam κ, licet non per centrum secat. Sed & linea ab altera basis stella τ ad Arcturum ducta, Stellæ cuidam interjacenti superincumbit, ut in Tabula modo dicta Hemisphærij borei, est videre. Hæc autem Stella in Tab. Bootis est illa, quæ infra Arcturum inter pedes Bootis apparet. Quid igitur si quis suspicaretur, per nomen Arcturi hanc quoque quodam sermonis compendio innui?

6. Inter Spicam Virginis, & secundam in Hydra ab extrema cauda, Stellæ tres in recta linea sitæ erant: quarum media cum Spica & illa secunda itidem in rectam lineam conveniebat.

Nota Apud Bayerum in Tabula Hydræ, inter hujus caudam, & Spicam Virginis, tres Stellæ jacent, quæ non quidem omninò, satis tamen propinquè In unam rectam conveniunt Harum infima & Australis, extra latitudinem Zodiaci est submota: Media intra Zodiaci latitudinem, sed vicina extremitati consistit: Supra quam tertia & Borealis, in Zodiaco profundiùs locum habet. Porrò media ex his parum etiam abest, à linea recta ducta per Spicam Virginis, & per stellam in Hydra littera ψ notatam: quæ quidem ante penultima Caudæ nominatur, potest tamen etiam secunda ab ultima Caudæ appellari, numerando ab hac exclusivè.

7. Stella quæ in linea recta proximè erat ad splendidas Chelarum versus Boream ipsa quoque apparebat splendida, & triplex, cum ex utroque latere parvam unam adjacentem haberet.

Nota. In Tabula apud Schillerum, quæ serpentis Constellationem exhibet, comparent etiam splendidæ Chelarum, propè litt. F. & B. Per has ducta linea versus Boream incurrit in Stellulam Serpentis, signatam litt. ε, quam binæ aliæ circumstant, illique quæ ex his duabus Australis est, insuper alia, & fulgidior adhæret.

8. Linea ducta per stellam sequentem illarum, quæ in aculeo Scorpij, & per dextrum Genu Ophiuchi, dividebat æqualiter, intervallum duarum præcedentium in dextro pede Ophiuchi.

Nota. In Tabula Ophiuchi apud Schillerum, est Stella 12. quæ in dextro illius Genu collocatur (hæc apud Bayerum est Stella η, sed in femine sinistro supremo ab illo ponitur:) Eadem Stella in Tabula Constellationis Scorpij apud Schillerum numero non insignitur, sed est illa, quæ lineæ latitudinem Zodiaci Borealem finienti adjacet, & in extremitate viæ lacteæ ita hæret, ut partim extra partim intra consistat. Per hanc igitur Stellam in genu Ophiuchi, & vigesimam Scorpij (quæ una est ex duabus in aculeo) & decimam nonam Scorpij ducta linea recta, transit inter duas Stellas, quæ apud Schillerum in Constellatione Ophiuchi sunt, decima septima, & decima nona, pedique dextro adscribuntur. De intervallo autem harum duarum Stellarum, quam æqualiter ab linea interlabente dividatur, nihil hic pronuntio, sed oculis ipsis relinquo.

9 Jam quintus & septimus Spondylus Scorpij, rectam lineam faciebat, cum Lucida in medio Thuribulo. Sed & Borealior in basi Thuribuli in recta linea proximè erat, cum quinto Spondylo, & cum illa in medio Thuribuli, tantumdem ferè ab utraque distans.

Nota. In Tabula Constellationis Aræ apud Schillerum binæ stellæ conjunctæ, juxta litt A. sunt illæ, quæ in aculeo Scorpij: deinde alia his proxima est in septimo Spondylo Scorpij; cui proximè stella sexti, & huic proximè stella quinti Spondyli adjacet; ut ex Tabula Constellationis Scorpij intelligi potest. Jam Linea per Stellas septimi & quinti Spondyli ducta, transit per Quintam Aræ seu Thuribuli: à qua linea parum etiam abest tertia Aræ stella, quæ inter quintum Spondylum, & quintam Aræ sita, ab hac minus, quam ab illo distat.

10. In Circulo sub Sagittario ad Ortum atq; Meridiem Stellæ binæ fulgidæ, sitæ erant, per tres fermè cubitos inter se distantes. Quarum Australior, alteram lumine superabat. Jam Stella in pede Sagittarij, in recta proximè linea apparebat, cum media trium in Circulo splendidarum, maximeque ad Ortum positarum, & cum Stella sequente fulgidarum illarum, quæ in Quadrilatero ad oppositos angulos consistunt, bina autem inter illas spatia æqualia erant. Borealis verò ipsarum ab hac quidem linea ad Ortum mutabatur (usurpat Verbum Muto Latinus Interpres) rectam autem constituebat cum fulgentibus, & in Quadrilatero, oppositos angulos obtinentibus.

Nota. In Corona Meridionali (qui per Circulum sub Sagittario, si cætera consentiunt intelligi potest,) apud Bayerum sunt Stellæ binæ, litt. α & β notatæ, quarum hæc versus Ortum, illa versus Meridiem est sita, quæ & alteram fulgore vincit, atque ab ipsa satis est remota, ita

ut illud trium fermè cubitorum intervallum fortasse repræsentet. Sunt quoque tres aliæ in eadem Corona stellæ, ad Ortum sitæ, & litt. γ. θ ν. signatæ, quæ in Tabula etiam Sagittarij apparent, quamvis litteris, quibus discerni queant, non insignitæ: sunt autem illæ, inter quarum duas, Mediam & Australem, fulget illa splendida quæ est ad Genu Sagittarij, tertiâ quæ Borealis est, eidem splendidæ desuper imminente. Jam stellæ in quadrilatero, Græca appellatione sunt, ἐν τῷ τετραπλεύρῳ; quo nomine antiquis teste Schillero particularis Asterismus appellabatur, continens stellas quatuor, quæ apud Bayerum supra Caudam Sagittarij cernuntur. Sunt autem in Sagittario, quatuor aliæ stellæ, α β. ι. θ. quæ figuram quadrilateram etiam luculentius efformant. Hujus Quadrilateri (quod majus appellemus.) Stella ι. cum Stella κ in Sagittarij pede sinistro posteriore; & cum Stellâ mediâ trium illarum Orientalium in Coronâ ad unam rectam lineam fermè se accommodat, & intervallis etiam fermè æqualibus ab utraque distat. Ab hac verò Linea, Stella, quæ inter tres Orientales jamjam dictas, est borea, versas boream deviat: (videatur an hæc illius deviatio, etiam ad Ortum dici queat, vel an olim talis fuerit) & ad aliam rectam lineam se adjungit, cum Stellis α & β, quæ in majori Quadrilatero angulos occupant, non quidem inter se, sed duabus reliquis, hujus Quadrilateri stellis oppositos.

11. Duæ contiguæ in capite Equi, cum sequenti humero Aquarij in rectâ proximè lineâ jacebant: cui parallela erat linea ducta à præcedenti humero Aquarij, ad stellam in maxillâ Equi.

Nota. Si ex duabus stellis, illa dicitur præcedere, quæ secundum longitudinem minus distat ab Æquinoctio verno, & illa sequi, quæ longius inde recedit; veluti signum V. G Geminorum, sequens est respectu Tauri, tunc huic loco, etsi Græcus & Latinus textus consentiant, correctio adhibenda erit, & pro sequenti humero, præcedentem, pro præcedente sequentem reponere oportebit; uti mox apparebit. Nam in Tabula Pegasi apud Schillerum, stella quæ versus Occasum ad extremitatem Zodiaci exterius jacet, propinqua Litteræ G pertinet ad humerum sinistrum (Bayero Dextrum) Aquarij: Stellæ autem signatæ numeris, 2. & 3 Sunt duæ inter se vicinæ in capite Peasi, atque hæ tres Stellæ uni lineæ rectæ se supponunt. Stella verò proxima angulo, quam linea Æquinoctialis C. C. cum linea Piscium facit, ad Humerum dextrum (Bayero sinistrum) Aquarij pertinet; à qua ad Stellam mediam illerum trium, quæ duabus prædictis in capite sunt vicinæ, protracta linea, parallela apparet priori lineæ. Porrò Humerus ille sinister (Bayero Dexter) in longitudine minus remotus est ab Æquinoctio Verno, non solum quam Stellæ illæ binæ in capite Pegasi, sed etiam quam humerus dexter (Bayero sinister) Aquarij. Quare si ex duabus Stellis illa præcedit, quæ minorem, & illa sequitur, quæ majorem longitudinem habet ab Æquinoctio Verno, dicendum erit Humerum sinistrum (qui Bayero dexter est.) Humero dextro (qui Bayer. sinister est) præcedere.

12. Præcedens Humerus Aquarij & splendida de duobus tn collo Equi, & quæ in Umbilico ipsius rectam lineam occupabant, erantque intervalla æqualia. Linea quoque transiens per rictum Equi, & per illam quæ ad ortum erat stellarum quatuor in Urna, bifariam, & ad rectos angulos proximè secabat lineam transeuntem, per illas duas contiguas in capite Equi.

Nota. Rursus in Tabula Pegasi apud Schillerum Stella numero sexta, quæ est splendida in Collo, Pegasi Umbilico, & Humerus sinister Aquarij, fermè lineam rectam componunt, & intervalla illarum fermè sunt æqualia. Jam verò linea, quæ est inter duas stellas vicinas in capite Pegasi, ad angulos rectos secari videtur, à linea ducta per rictum Pegasi, & per Stellam Aquarij apud Schillerum duodecimam, apud Bayerum signatam litt. η; quæ in Tab. Pegasi sub capite ipsius extremitatem Zodiaci interscindit, inter quatuor ibi positas, versus ortum jacens.

13 Stella quæ in rictu Piscis Australis, & in Rictu Equi (ita habet Latinus textus) & quæ in humeris ejus splendida, & splendida in pectore, in rectam lineam conveniebant.

Nota. Latinus textus, dum voces illas, In rictu, geminat, & non solum Pisci, sed etiam Equo associat, vel stellam significat, quæ sit Rictui Piscis Australis, & Rictui Equi commuuis, quod longè abest à vero; vel plures quam tres stellas nobis ingerit, quæ hoc loco omnes simul in unam rectam lineam conveni re nequeunt. At Græcus textus voces illas, ἐν τῷ ῥύγχει, non repetit. sed quod ad verba attinet, ita se habet: ὅτι ὁ ἐν τῷ ῥύγχει τοῦ νοτίου ἰχθύος, καὶ τοῦ ἵππου ὅτε ἐν τοῖς ὤμοις λαμπρὸς, καὶ ὁ ἐν τῷ στήθει λαμπρὸς ἐπ' εὐθείας εἰσίν. In his tamen verbis Græcus noster codex, post vocem ἰχθύος, nullam virgulam ponit, sed primùm post vocem ἵππου. Quidsi autem distinguantur verba uti fecimus, atque ita accipiantur? Quod stella in rictu Piscis australis, & Equi, tùm in humeris splendida, tùm splendida in pectore, in rectâ sint lineâ. Jam si per Stellam quæ in Tabula Pegasi apud Bayerum signatur litt. α, & dicitur esse in Scapulis & armo Alæ, & per stellam β, quæ humero attribuitur, ducatur linea recta, incurret illa in Stellam Piscis Australis, quæ crinibus Pegasi adjuncta est, & in propria Constellatione Piscium signatur litt. β, poniturque in oculo; sed ab alijs in ore Piscis, ut Bayerus testatur.

14. ὁ ἡγούμενος τῆς βάσεως τοῦ τριγώνου, Præcedens basis Trigoni, deviabat uno digito à lineâ rectâ ductâ per illas (ex Græco; an verò legendum per illam) quæ in rictu Arietis, & per sinistrum pedem Andromedæ. Præcedentes quoque illarum, quæ in Arietis capite, & Sectio basis Trianguli in duas partes æquales (διχοτομία τῆς βάσεως) in recta linea consistebant.

Nota. In Tabula Trianguli apud Schillerum stella signata numero 2. est in Basi Trianguli: Stella signata litt. D. est illa, quæ fulget in Australi, hoc est sinistro pede Andromedæ; ad infimam Oram Tabulæ juxta quartum Gradum ♉, est stellulæ, quæ apud Bayerum in Constellatione Arietis notatur litt θ, & dicitur esse ἐν τῷ ῥύγχει, in rictu: Per hanc, & per illam stellam in Australi pede Andromedæ ducta linea, relinquit parum ad ortum centrum stellæ illius numero secundæ, quæ est in Basi Trianguli. Jam stellæ β. & γ in Ariete apud Bayerum, appaeent etiam in Tabula Trianguli apud Schillerum, & per has ducta linea intersecat Basim Trianguli.

15. Stellæ ſucculatum quæ ad Ortum ſunt, in rectam lineam veniebant cum ſtella in pelle Orionis ſexta à Meridie numeratâ: ſi quidem legatur, uti legendum videtur, ὁ ἕκτος ἀπὸ μεσημβρίας, ἀριθμούμενος, pro quo noſter codex habet, ὁ ἔκτος & Latinus interpres vertit, Quæ deforis eſt à meridie numerata Sed quisnam aptus ſenſus hinc elici poteſt? cum prior percommodus ſit,& ſtellis ipſis conveniat; ſexta enim illa in pelle Orionis à Meridie ſurſum numerata, ſuo centro propinque ſe accommodat ad lineam rectam, quæ per duas ſucculas orientales deducitur, uti apud Bayerum in Tabula Orionis videri poteſt. Quid quod mox mentio fiat ſtellæ ſeptimæ in pelle Orionis à Meridiæ numeratæ? Aquâ ducta linea per præcedentem Oculum Tauri cernebatur intercipere Fulgidam ſucculatum ad digitum unum.

Nota. In Tabula Orionis apud Bayerum ſtella inter quinque Succulas, quæ ibidem repræſentantur, maximè ad Boream ſita, in propria Tauri Tabula oculo boreo adjacet: eſt etiam Stellula g. ſeptima in pelle Orionis à meridie numerata: Per has duas Stellas tracta linea, centrum Stellæ Aldebaran parumper ad latus relinquit.

16. In linea ducta per capita Geminorum, jacebat Stella à ſequenti capite triplo plus remota; quam ipſa capita inter ſe diſtant: Et hæc Stella erat in linea recta cum duabus auſtralioribus illarum quatuor, quæ Nebeculam (τὸν νεφέλιον circumſtant.

Nota. In Tabula Cancri apud Bayerum in rectam lineam cum capitibus Geminorum venit Stella Cancri: & hæc rurſus alteri rectæ lineæ ſubjacet, cum Stellis θ & δ. quæ ſunt duæ Auſtrales illarum quatuor, quæ Nebuloſam ε circumſtant.

In his notationibus, id quod Tabulæ indicatæ obtulerunt produximus: cæterum omnes omnino Stellas adductas, eſſe planè easdem cum illis antiquitus conſignatis, non aſſeveramus.

Annus ante Chriſtum 104.

Solis Eclipſis Urb. Cond. Anno 650. Varroniano, ſed juxta faſtos capitolinos 649 C Mario II. & C. Flavio Fimbria Coſſ. de qua ita Julius obſequens in libello de prodigijs: *Luna interdiu cum Stella, ab hora 3. uſque ad horam 7. apparuit. A fugitivis & deſertoribus in Thurinis regiones vaſtatæ. Cimbri Alpes transgreſſi per Hiſpaniam vaſtatam junxerunt ſe Theutonis. Hora diei tertia Solis defectus lucem obſcuravit.* In Piceno tres Soles viſi. Ricciolus.

Annus ante Chriſtum 49.

Anno Urb. C. 704. Conſulibus L. Æmilio Paulo, & Claudio Marcello, Sol totus defecit, quo ſcilicet C. Julius Cæſar Rubiconem transgreſſus eſt: ait enim Dio Caſſius lib. 41. ὅ τε ἥλιος σύμπας ἐξέλιπε. Dubitatur autem num ſit Eclipſis illa Solis quam Hervartus, & Petavius reperiunt Anno ante Chriſtum 51. in Gr. 14. 21. ♓ Romæ hor 2 12′ poſt Merid. Mart. 7. cum dicant tantum fuiſſe digit. 9. 2′ aut 10. 34′ Nobis certum eſt Cæſarem transgreſſum eſſe Rubiconem Anno ante Chriſtum 49 nempe ante Conſulatum ſuum 2. præcedenti. Ricciolus. Petavius lib. 10. cap. 58. ſcribit, Dionem ſignificare defectum hunc Solis Anno antecedente belli civilis initium accidiſſe Apud Calviſium habetur, Eclipſin hanc contigiſſe, antequam Cæſar Rubiconem tranſiret, fuiſſeque 21. Auguſti: cœpiſſe autem paucis minutis poſt Ortum Solis & perveniſſe ad digitos 4′ 49′

Annus ante Chriſtum 44.

Ricciolus in Hiſtoria Eclipſ: ſcribit, certum ſibi eſſe ex ſerie Conſulum, & annorum Julianorum, C. Julium Cæſarem occiſum fuiſſe Anno ante Chriſti Epocham 44. die 15. Martij, quo anno etiam Petavius habet Cæſarem Idibus Martijs interfectum. Scribit porro Aurelius Victor: *C. Iulij Cæſaris occiſi cadavere pro roſtris poſito, Sol orbem ſuum celaſſe dicitur.* Sed Petavium audiamus, cujus lib. 10. cap. 63 verba ſunt: *Nulla igitur anno primo Iuliano* Solaris *Eclipſis in Italia contigit: ſed nec anno ſecundo, quo Cæſar interfectus eſt, ut ex tabulis deprehendimus. Solis itaque pallor inuſitatus, qui ſub necem Cæſaris accidit, citra Eclipſin fuit* Quod & Plinius indicat lib 11. cap. 30. *Fiunt* (inquit) *prodigioſi, & longiores Solis defectus: qualis occiſo Dictatore Cæſare: & Antoniano bello; totius penè anni pallore continuo.* Idem refert in Cæſaris vita Plutarchus. *Nec Servij verba aliter interpretanda ſunt, dum ad illum Virgilij locum.*

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,
Cùm caput obſcura, nitidum ferrugine texit,
Impiaque æternam timuerunt ſæcula noctem.

Adnotat, occiſo Cæſare in Senatu pridie Idus Martias Solis fuiſſe defectum ab hora ſexta uſque ad noctem Quis enim veram Solis defectionem audiit unquam ſex horas duraſſe? Sed tetram ac luridam Solis faciem illo præſertim, quo Cæſar occiſus eſt, die conſpectum fuiſſe dicit; quod veriſimile eſt; idque Sex. etiam Aurelius Victor memoriæ prodidit. Sic videtur & intelligendus Dio, cum inter prodigia, quæ Romæ conſpecta Senatum adauxerunt, ut ineunte anno, quo Coſſ fuerunt. Hirtius & Panſa, *triduo toto conveniret, & nefaſto etiam die:* τότεφως (*inquit*) τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε, καὶ σβέννυσθαι, τοτὲ δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει. *Solis lumen aliquando minui, extinguique, aliquando in tres Circulos partiri videbatur.*

Annus ante Chriſtum 4.

Lunæ Eclipſis anno Juliano 42. nocte inter 12. & 13. Martij, quæ ex calculo Petavij fuit digit. 6. & Hieroſolymis H. 1. 17′ poſt mediam noctem cœpit, deſijtque H. 4. 13′. At ex Calculo Kepleri fuit digit. 5. 34′, & cœpit in Judæa H. 3. 20′ deſijtque H. 5.15′ poſt mediam noctem: Cenſent autem hanc eſſe illam Eclipſin, quam Joſephus Hiſtoricus lib. 17 Antiq. Jud cap. 8. & lib. 2. de bello Judaico cap. 21. viſam eſſe narrat ante Obitum Herodis Infanticidæ, quem certum eſt ex Evangelio vivum adhuc fuiſſe, quando natus eſt Chriſtus Dominus, Ricciolus.

CLASSIS III.

OBSERVATIONES ALEXANDRINÆ.

INitium hujus Claſſis, & *Æræ noſtræ* SOLI ex VIRGINE orienti conſecrat orbis Chriſtianus.

Quanquam nec illa numeratio extra ſcrupulum eſt, propterea quod *Herodis* Infanticidæ mors Charactere Cæleſti *Eclipſis Lunaris* circa ferias Paſchales commiſſæ à *Ioſepho* inſignitur, quam nonnulli putant quatuor annis ante Æram vulgarem incidiſſe. Videatur eâ de re doctiſſimus *Petavius* lib. 12.

Sequuntur deinde illorum temporum Eclipſes, ex quibus conſpectiſſima eſt illa, quæ Anno Chriſti 45. Kalend. Auguſt. in ipſum Claudij Cæſar. Natalem incidit. Cujus deſcriptionem *Claudius* ex Tabulis populo Romano exhibuit, unde conſtat illo jam tempore ante *Cl. Ptolemæi* ætatem ejuſmodi Tabulas in uſu & pretio fuiſſe.

Quamquam doctiſſimus *Grothuſius Soc. Ieſu* ex Græco Dionis textu dubitat, quo Natali Claudij Imperatoris ea Eclipſis acciderit, & alioquin exiſtimat, comparationes illas characterum cæleſtium cum Annis Romanorum Principum ſat firmas non eſſe.

Sed cum doctiſſimus *Petavius*, ea omnia ſollicitè examinarit, atque ipſa Eclipſium momenta ſuis Tabulis expreſſerit, non erat, ut ab ejus Authoritate diſcederemus.

Anno Chriſti 92. & 98 *Agrippæ Bythini*, & *Melij* ſeu *Menelai* Romana obſervata ad ☾ exhibentur, quarum deſcriptione, ſecuturis paulò poſt magno numero Ptolemæi obſervationibus præluditur.

Eæ Anno Chriſti 125. ordiuntur & pertingunt uſquead Annum Chriſti 141. quo ultima ☿ obſervatio adnotata eſt.

Huc etiam ſpectant Fixarum declinationes, quæ quia certis temporibus aſſignatæ non ſunt, hîc poſt planetarum obſervata adjunguntur.

Sed & ſitum aliquarum fixarum, quem ſuo tempore *Ptolemæus* obſervatum poſteritati commendaverat, eodem, quem ſupra laudavimus, viro docto recenſente adjunximus.

Cæterùm ut uno brevi conſpectu obſervata omnia Ptolemæi, & quæ ex illis deducta ſunt haberemus, fecit doctiſſimi *Iſmaëlis Bulialdi* ſolertia. Is nobis hoc anno exhibuit, ex Codice Regio Pariſino inſcriptionem Canobi, ab eodem *Claudio Ptolemæo* in Serapidis templo dedicati Anno *Antonini Pij X.* qui eſt Chriſti *CXXXVII.* quam damus ut ab illo producta eſt.

Fixarum autem Catalogum, ſive à *Ptolemæi* obſervatis, ſive ab *Hipparcho* elaboratum, & deinde ad *Ptolemæi* tempora traductum, hîc inſerere non viſum eſt, propterea, quod anno 1593. ex M. S. Haſſiacis earum Fixarum longitudines & latitudines exhibentur, & cum vetuſtis illis *Ptolemæi* comparantur, adjunctis etiam *diſtantiis à Fixis circumvicinis*, & *Declinationibus*, ſeu

Altitudinibus Meridianis, quem Catalogum illic omittere non debuimus, hîc inutiliter repeteremus.

Porrò doctissimo *Bulialdo* debet Astronomia, septem alias Planetarum priscas Observationes; quæ hiatum illum grandum exhauriant, qui inter *Ptolemæi* observata, & *Albategnij* tempora interstat.

Utinam vero eidem doctissimo *Bulialdo*, vel si cui alteri *Cælum & posteritas* curæ erit, aliquid ejusmodi in manus obveniat, equidem prioribus annis grandia sperabam *de Budensi Bibliotheca*, quæ ante 200. annos etiam Regiomontanum allectaverat, ut in *Pannoniam* diverteret, sed ea mihi proximis *Viennâ* litteris nuntiatur, tam lacera, tam malè habita fuisse, ut usui esse vix possit; quo fato credam, etiam illas Thei observationes perituras fuisse, nisi annis superioribus, URBINATIUM DUCIS solertia eis subvenisset

Eclipses illorum temporum suis locis datæ sunt, ex quibus una est *Theonis Alexandrini*, qui Hypatiæ doctissimæ Virginis parens fuit, atque Anno 414. à tumultuantibus *Alexandrinis* discerpta est, quo in tumultu, pronùm est suspicari, & *Theonis* & filiæ, si quæ erant scripta perijsse, bonasque litteras insessâ à *VVandalis*; & deinde à *Saracenis Africa*, in *Græciam* remigrasse, ubi captæ observationes illæ, quas paulò ante laudavimus.

Cæterum eo tempore nulla Solis aut siderum cura, nisi quod Cyclos subinde varios elaborarunt, ne festa Catholicæ Ecclesiæ nimium exerrarent.

Ex illis solertissimus labor *Bedæ Venerab.* fuit, quo Auctore *Eclipsium* conscriptio, in Britanniam, ac deinde vicinam Galliam illata, ut *Rogerio ab Hovveden*, cæterisque, eorum tempora docentibus, satis certi de luminarium cursu simus.

Annus Christi 5.

Solis Eclipsis L. Valerio Messala & Cn. Cornelio Cinna Coss. de qua Dio lib. 55 dicens: De Sole aliqua pars defecit. Hanc Petavius ponit die 28. Martij digit. 4. 45′ & cœpisse Romæ post Meridiem H. 3. 21′ desijsse H. 5. 2′. Ricciolus.

Annus Christi 14.

Lunæ Eclipsis Consulibus duobus Sextis Pompejo & Apulejo Anno V. C. 767. & Juliano 57. post mortem Augusti, die 19. Aug. mensis defuncti, cujus ostento Drusus sedavit seditionem legionum Pannonicarum. Fuit hæc defectio Auctore Scaligero die 27. Sept. Ricciolus.

Annus Christi 17.

Anno Domini Salvatoris, juxta consuetam supputationem 17. totus Sol Romæ, & in compluribus Italiæ locis visus fuit obscurari die Febr. 15 hora ferè meridianâ per puncta in 16. Gradu 12. Aquarij. Paulus Foro Semproniensis apud Ricciolum.

Annus Christi 45.

Solis Eclipsis M. Vinicio II. & M. Statilio Coruino Coss. Anno Urb. cond. 798. de qua Dio lib. 60. dicens de Claudio Imperatore: *Quoniam vero natali suo defectus Solis futurus erat, veritus ne quis inde tumultus existeret, cum alia quoque prodigia quædam accidissent, publicè edidit non modo futurum id deliquium, & tempus & quantitatem ejus, sed etiam causas, ob quas necessario eventurum esset.* Obijt autem Claudius Anno V. C. octingentesimo 3. Idus Octobris, & natus erat Kalendis Augusti, teste Suetonio cap. 2. Quo die Petavius lib. 8. de Doctr. Temp. cap. 13. ad hunc Annum 45. supputat Eclipsim digitorum 3. ejusque initium H. 7. 43′ finemque H. 9. 1′ post mediam noctem. Ricciolus.

Annus Christi 47.

Lunæ insignis defectio Kalendis ipsis Januarij. Hora 7. 19′ post noctem mediam Romæ. Eadem nocte in Ægeo Mari ingens emersit insula. Petav. in Chronol. hoc an. qui videri etiam potest hac de re. lib. 11. cap. 9.

Annus Christi 59.

Solis Eclipsis M Vipsanio Aproniano, & L Fonteio Coss apud Tacit lib. 14. Annalium. Qui eam inter prodigia ob necatam, à Nerone Agrippinam matrem numerat. De hac ita Plinius lib, 2. cap. 70 *Solis defectum, Vipsanio & Fonteio Coss. qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas Majas, Campania hora diei inter septimam, & octavam sensit; Corbulo Dux in Armenia inter horam diei decimam & undecimam.* Ex quo loco emendandus Martianus Capella lib 6. qui ponit 11. Calend Maij, & horam in Campania 7. in Armenia 11. Ricciolus.

Annus Christi 69.

Lunæ Eclipsis, indicata à Dione lib. 65. die Octobris 18. quam examinare haud multum refert. Ricciolus. Apud Calvisium eodem Anno & die, Lunaris Eclipsis signatur, diciturque valde terribilis fuisse. Petavius in Chronologia Consules hujus anni nominat. Sulpitium Galbam Imperat. & T. Vicinium Crispinianum.

Annus Christi 72.

Solis Eclipsim, & post dies duodecim integros, Lunæ Eclipsim horizontalem, indicat Plinius lib. 2 cap. 13. illis verbis: *Quanam ratione cum Solis exortu umbra illa habetatrix sub terra esse debeat, semel jam acciderit, ut in Occasu Luna deficeret, utroque supra terram conspicuo sidere: nam ut duodecim diebus utrumque sidus quæreretur & nostro ævo accidit Imperatoribus Vespasianis. Hunc locum quo ad refractionis vim satis discussimus cap. 5. num. 16. An autem hæ sint illæ Eclipses, quarum Solarem 8 Lunarem. 22. Februarij Tabulæ Astronom. colligunt, illam paulò pòst Solis Ortum, hanc paulò pòst Occasum alibi examinabo.* inquit Ricciolus.

Annus Christi 92.

Anno XII. Domitiani (Arabes addunt hic in sua translatione, *Et est apud eos annus septimus annorum Ma radi*) die 7. μειτρῶν secundum Bithynos, at secundum Ægyptios die 2. seq. 3. Tybi, vel secundum Romanos 29 Novemb seq. 30. Observavit Agrippa in Bithynia Lunam ad Plejades horâ 3. noctis subsequentis incipiente, hoc est horis 5. ante medium noctis æquinoctialibus. Alexandriæ erat horæ 5. 20′ & tempore æquato hora 5. 45′ ante mediam noctem. Perspiciebatur autem Luna australi cornu obtegere australem Plejadum partem. Erat Luna tunc vero suo motu in $3^{\circ} 7'$ ♉ habens latitudinem boream $4^{\circ} 50'$: sed locus visus in *Bithynia* erat $3^{\circ} 15'$ ♉ cum latitudine borea $4^{\circ} 0'$. Locus ergo succedentis Plejadum erat. $3^{\circ} 15'$ ♉ lat. bor. $3^{\circ} 40'$ Ptol. lib. 7. cap 3.

Annus Christi 95.

Petavius in Chronol. Domitiani necem refert Anno Christi 96 Philostratus ait, in Vita Apollonij Thianæi, quod ante cædem Domitiani Imperatoris non integro anno, Ephesi apparuerit in cælo, prodigium tale. *Corona quædam Iridi similis Orbem Solis circumdederat, & radios lumenque Solis obscurabat. Hinc metuenti Græciæ Præfecto ne cuncta in noctem verterentur, Apollonium dixisse: Confide ex hac nocte lux consurget.* Ricciolus, hanc Solis obscurationem in Catalogo Eclipsium annularium, ponit lib. 5. cap. 20. Num. 5.

Annus Christi 97.

Solis Eclipsis die 27. Januarij paulò pòst meridiem, quo die Nerua Imperat obijt Anno 97. Christi, de qua Eclipsi Aurelius Victor, & Eutropius: & fortè est illa, quam Plutarchus, in opusculo de Maculis in facie Lunæ, totalem designat. Keplerus tamen ait, multis Eclipsibus examinatis circa annum Christi 100. nullam occurrere verisimiliorem, ac dictis Plutarchi congruentiorem, quam eam, quæ fuit anno 113. die 1 Junij, sed non addit ibi locum ubi totalis fuerit. Ricciolus.

Annus Christi 98.

Anno primo Trajani die 15. seq. 16 Mechir secundum Ægyptios, vel secundum Romanos, die 11. Januarij observavit, Menelaus Geometra Romæ Lunam cum Spica Virginis. Completa verò horâ noctis præcedentis X. temporali, Luna Spicam obtexerat; sed in fine hor XI. præcedebat Spica, centrum ☽ minus diametro Lunæ æqualiter distans à cornibus. Erat autem hæc observatio horis 5 æquinoctialibus post medium noctis, (Sole in 20° Capricorni existente) sed Alexandriæ horis 6. 20′ quando centrum ☽. ad Spicam proximè pervenit. Tempus autem æquatum erat horarum 6. 15′ proximè. Eo tempore verus locus Lunæ erat $25^{\circ} 45'$ ♍. Latitudo Australis $1^{\circ} 20'$ sed visus locus erat, $26^{\circ} 15'$ ♍. Latitudo $2^{\circ} 0'$ australis, & hic est locus Spicæ. Ptol. lib 7. cap. 3.

Anno eodem die 18. seq 19. Mechir, vel die 14. Januarij observavit Menelaus Geometra Romæ Lunam cum fronte ♏. Desinente autem hora 11. noctis (hoc est hora 6. 10′ æquinoctiali, post medium noctis præcedentis. Sed Alexandriæ hora 7. 30′) cernebatur Luna australi suo cornu in eâdem recta cum media & australi, quæ in fronte ♏ sunt: sed centrum ☽ orientalius erat distabatque à secundâ ♏ quantum secunda à teriâ, videbaturque exactè cum primâ ejusdem frontis conjungi. Erat autem tunc verus locus ☽ $5^{\circ} 20'$ ♏. Latitudo Borea $2^{\circ} 10'$. Sed locus apparens Romæ $5^{\circ} 55'$ ♏ latitudo $1^{\circ} 20'$. Idem igitur locus borealissimæ in fronte ♏. Ibidem,

Annus Christi 125.

Anno IX. Adriani, qui erat 872. Nabonn. & 448. à morte Alexandri die 17. seq. 18. Pachon die 5. seq. 6. Aprilis defecit Luna ab Austro duobus digitis horis. 3. 36′. ante mediam noctem. Ptolem. lib 4. cap. 9.

Annus Christi 127.

Anno XI. Adriani (Nabon. 874 Alex. 450.) die 7. seq. 8. Pachon. (die 26. Martij) observavit Ptolemæus Saturnum, invenitque eum Solis medio oppo-

ni, eâ die vesperi hora ic. 6. post M. locus ejus erat 1° 13′ ♎. Ptolem. lib. 11. cap 5

Anno XII Adriani die 21. seq. 22 Athyr secundum Ægyptios, vel secundum Romanos in aurora diei, 12. Octob. Venus erat in maxima distantia matutina à Sole. Observavit autem Theon (senior hic fuit & Ptolemæo coævus) ♀ distantem à Stella, quæ in extremitate Alæ Virginis australis est, (numero sexta) ad quantitatem Plejadum (id est 1°. 30′.) vel tanto minus, quanta est diameter ♀ (id est 5′. Vera ergo distantia secundum longitudinem 1° 25′. Erat tamen Venus borealior eadem Stellâ per Lunam unam. Cum autem locus Stellæ secundum numerationem Ptolemæi fuerit 28° 55. ♌. ♀ erat in 0° 20′ ♍. Locus ☉ medius Ptolemæi erat 17° 52′ ♎ Copernico ☉ simplex 191°. 13. Distantia igitur ♀ matutina maxima erat 47° 32′ Ptol. lib 10. cap. 1.

Annus Christi 129.

Anno 13 Adriani (Nabon. 876. Alex. 452.) die secunda seq. Epiphi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos 21 Maij, in diluculo, reperit Theon ♀ in limite matutino vidit autem Venerem præcedere rectam, ductam ex prima trium in capite ♈. in eam quæ in posteriore crure est, uno gradu, cum $1\frac{2}{5}$ id est 1° 24′ Erat autem distantia ♀ à præcedente in capite ♈. dupla propemodum ad eam, quæ Veneris ab eâ, quæ in pede extremo est. Erat autem locus ejus quæ in fronte ♈ (quæ in Asterismo ♈ prima est) 6° 36′. ♈. Latitudo Borea 7° 20′ Ejus vero quæ in crure (quæ in ♈. est in 13) locus 14°. 45′ ♈. Latitudo Australis 5° 15′ secundum computationem Ptolemæi. Ex quibus Ptolemæus invenit locum ♀ 10°. 36′ ♈. cum latitudine austr. 1°. 30′ Copernicus ♀ distantiam à prima ♈ computat 4°. Sed Theon. ex his positis computat locum ♀ 10° 31′. lat. austr. 1°. 30′. Erat autem motus Solis medius Ptol. 25° 24′ ♉. Copern. 48° 50′. Distantia igitur ♀ matutina 44° 48′. Ptol. lib. 10. cap 2.

Annus Christi 130.

Anno 14 Adriani (Nabon. 877. Alex. 453.) die 18. Mesori secundum Ægyptios, vel die 5. seq. 6. Julij vesperi, observavit Theon ☿ in maxima distantia. Præcedebat autem cor ♌ 3° 50′ Erat itaque longitudo Mercurij 119° 40′. Locus 6° 20′ ♌ sed Solis motus simplex (secundum Copernicum) 93° 30′. Locus secundum Ptolemæum 10° 5′. ♋ Distantia itaque erat 26° 15′ vespertina Ptol. lib. 9 cap. 9.

Anno 15. Adriani (Nabon. 878 Alex. 454.) die 26. seq. 27. Tybi secundum Ægyptios. Vel secundum Romanos die 15. Decemb. horâ æquali unâ, post medium noctis antecedentis invenit Ptolemæus, Martem in extrema noctis fulsione, hoc est exactè loco Solis medio oppositum. Erat autem in gradu 21° ♊ Ptol. lib. 10. cap. 7.

Annus Christi 132.

Anno 16. Adriani (Nabon 879. Alex. 455.) die 16. seq. 17. Phamenoth, secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 3. seq. 4. Febr. Observavit Ptolemæus ☿ in maxima distantia à ☉ vespertina. Inveniebatur autem, per astrolabium rectificatum ad fulgentem hyadum, quæ oculus Tauri est, obtinere primum gradum ♓ quo tempore Sol medius erat in 9° 45′ ♒ secundum computationem Ptolemæi. Distantia igitur vespertina fuit. 21° 15′. Ptolem. lib 9. c. 7. Regiom lib. 9. prop. 11.

Anno 16. Adriani (Nabon. 879. Alex. 455) die 21 seq. 22. Pharmuthi, vel die 8. Martij observavit Theon. in crepusculo vespertino Venerem in maximâ à ☉ remotione. Præcedebat autem ♀ mediam Plejadum, ad longitudinem ipsarum plejadum, videbatur tamen paulò australior Venus. Locus verus mediæ plejadum Ptolemæo numeratur 3° 0′ ♉. Longitudo plejadum 1° 30′. Locus ergo ♀ 1° 30′ ♉ Solis vero medius Ptolemæo est 14° 15′ ♓ Distantia ergo ♀ à ☉ vespertina 47° 15′ Ptol. lib 10. cap. 1.

Anno 17. Adriani (Nabon. 880 Alex 456.) die 7 mensis Athyr, Ægyptiorum tertij, vel 25 Septembris hor. 2. p. m. observavit Ptolemæus Solem in æquinoctio autumnali lib. 3. cap. 8.

Nota. Apud Calvisium notatur dies 25. Septemb. apud Ricciolum 24.

Annus Christi 133.

Anno 17. Adriani secundum Ægyptios die 20. seq. 21. Payni, & secundum Romanos, die 6. seq. 7. Maij, defecit Luna tota Alexandriæ 45′ min. ante mediam noctem. Ptol lib. 4. cap 6.

Anno 17. Adriani die 1. sequente 2. Epiphi, vel die 18 Maij hora una ante medium noctis sequentis, sive hora 11. p. m invenit Ptolemæus ♃ in 23° 11′ ♏. Ptol. lib. 11. cap. 1.

Anno 17. Adriani die 18. Epiphi secundum Ægyptios vel die 3. Junij hora 4 p. m. invenit Ptolemæus ♄ exactè oppori ☉ medio, ficut ex præcedentium & sequentium dierum observationibus colligere potuit. Erat autem tum in 9° 40′ ♐ Ibidem.

Annus Christi 134.

Anno 18. Adriani (Nabon. 881. Alex. 457.) die 2. seq. 3. Pharmuthi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 18. Febr. observavit Ptolemæus Venerem in limite matutino. Rectificatâ autem sphærâ per cor ♏. Veneris locus erat 11° 55. ♑. Erat autem ☉ medio motu Ptolemæo in 25° 30. ♒ Distantia ergo Veneris maxima matutina, à ☉ medio 43° 35′ Ptol. lib. 10. cap. 3.

Anno 18. Adriani, in mane diei 19. Epiphi, vel secundum Romanos in mane diei 5. Junij observavit Ptolemæus Mercurium in maxima distantia à Sole, cum esset valde tenuis, & exiguus. Rectificatâ autem, Sphæra per Aldebaran, ☿ obtinebat 18° 45′ ♉. Locus medius secundum computum Ptolemæi erat 10. ♊ Distantia ergo fuit 21° 15. matutina. Ibidem.

Anno 19 Adriani (Nabon. 882 Alex. 458.) in aurora die 15 Athyr secundum Ægyptios, sed secundum Romanos die 4. Octob. illucescente, Mercurius in maximâ distantia à Sole inventus, à Ptolemæo. Perspiciebatur autem ad cor ♌ obtinere locum secundum Ptolemæum 20° 23′ ♍. Erat autem Solis

locus

locus juxta computationem Ptolemæi medius 9°. 15′ ♎. Distantia ergo erat 19°. 3. matutina. Ptolem. lib. 9. cap. 8.

Anno 19. Adriani (Nabon. 882. Alexan. 458.) die 2. seq. 3 Choeac sive anno Christi 134. die 20. seq. 21. Octob. defecit Luna Alexandriæ à Borea, medietate, & tertia Diametri parte, unâ horâ antè mediam noctem. Ptol. lib. 4 cap. 6.

Annus Christi 135.

Anno 19 Adriani (Nabon. 882 Alex. 458.) die 1. Pharmuthi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 17. Februarij, horâ 12. noctis præcedentis, observavit Ptolemæus per Astrolabium ♂, invenitque locum ejus 0° 45. ♍ quando medius ☉ erat in 24°. 4′ ♒ Theon. lib. 10 cap. 7.

Anno eodem die 6. seq. 7. Pharmuthi, tribus ante mediam noctem horis, observavit Ptolemæus Martem, eumque reperit in 28° 50 ♌ Ptolem. lib. 10 cap. 7. Apud Calvisium huic observationi tribuitur 21. Februarij.

* Anno eodem die 11. Pharmuthi, vel 27. Febr. Hora 12. noctis præcedentis, observavit Ptolemæus Martis locum, quem invenit 26° 42. ♌ cum Sol medio motu esset in 3°. 54′. ♓. Theon lib. 10. capite 7.

Anno eodem 19. Adriani, in crepusculo Vespertino diei 19. Pachon, vel die 5. seq. 6 Aprilis, erat Mercurius in maxima distantia à ☉. Rectificato autem Astrolabio ad oculum ♉ perspectus est ☿ obtinere locum secundum Ptolemæum 4° 20′ ♉ dum Sol esset motu medio in 11°. 5′. ♈. Distantia igitur vespertina erat 23° 15′. Ptolem, lib. 9. c. 8.

Anno 20. Adriani (Nabon. 883. Alexan. 459.) die 13. Athir secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 1. Octob. horis 5. 50′. p. m. æqualibus, occidente jam Sole, observavit Ptolemæus distantiam Lunæ à vertice Alexandrino in circulo meridiano Erat autem remota à vertice, 50°. 55′. quo tempore Sol erat in 5° 28′ ♎ secundum computationem Ptolemæi; Luna in 3° 10. ♑, cujus puncti declinatio 23°. 49′. Latitudo Lunæ Boreâ 4°. 59′ distantia Æquatoris à vertics Alexandriæ 30°. 58′. Distantia Lunæ vera à vertice 49° 48′. Visa 50°. 55′ ergo Paralaxis 1°. 7′. Ptol. lib. 5. c. 13.

Item Ptolemæus deprehendit in suis observationibus, Lunam cum in maxima appropinquatione ad Zenith esset, habere Alexandriæ semper distantiam à Zenit. 2° 1/8 gr. proximè Hinc ipse computat obliquitatem viæ ☽ 5 grad. Ptol. lib. 5. cap. 12.

Annus Christi 136.

Anno 20. Adriani (Nabon. 883. Alex. 459.) die 19. seq. 20. Pharmuthi (die 6. seq 7. Martij) defecit dimidia diametri Lunaris pars, à Borea. Cujus Eclipsis medium tempus à Ptolemæo computatum fuit H. 4. æqualibus, post mediam noctem. Ptol. lib 4. cap. 6.

Nota. Diem 6. seq. 7 Martij signat Mœstlinus, apud Calvisium notatur dies 6. Martii H. 3. 21′ post mediam noctem.

Anno 20. Adriani, die 24. Mesori, vel secundum Romanos, die 8. Julij, in ipsa meridie, computavit Ptolemæs Saturni, & ☉ medij oppositionem in 14° 14′ ♑. Ptolem. lib. 11. cap. 5.

Anno 21. Adriani (Nabon. 884. Alex. 460.) die 13. seq. 14. Phaophi, secundum Ægyptios, vel secundum Romanos, die 31. Augusti hora 10. p. m. invenit Ptolemæus ♃ in oppositione cum ☉ medio. Erat autem tum in 7°. 54. ♓. Ptolem. lib. 11. cap. 1.

Anno 21. Adriani die 2. seq. 3. Tybi hoc est die 18. Novembris, invenit Ptolemæus Venerem à Sole maximè remotam. Perspiciebatur autem horâ primâ noctis, rectificato Astrolabio per Stellas in cornibus ♑ obtinere 12°. 50′. ♑ Sol medius Ptolemæo erat in 25°. 30′. ♏. Hinc distantia Veneris, à Sole medio Ptolemæo 47° 20′. Ptolem. lib. 10. cap. 2.

Anno eodem die 9. seq. 10. Mechir, vel die 26. Decembris, hora 1. noctis, observavit Ptolemæus Venerem remotissimam à Sole. Perspiciebatur autem præcedere Stellam eam, quæ in ♒ asterismo, 20. est duabus partibus ☽ plenæ, id est 24′ (vel 22′ secundum Theonem.) Locus verò fixæ â Ptolemæo numeratur 20° 0° ♒ Veneris igitur locus erat 19°. 36′. ♒ Locus verò Solis medius Ptolemæo erat 2°. 4′ ♑ Distantia igitur ♀ vespertina maxima 47°. 32′ Ptolem. lib. 10. cap. 1.

Annus Christi 137.

Anno 1. Antonini (Nabonn. 885. Alex. 461.) die 20. seq. 21. Athyr, vel, die 8. Octobris horà 5. matutinâ invenit Ptolemæus ♃ Soli medio oppositum. Erat autem tum in 14°. 23′. Arietis. Ptolem. lib. 11. cap. 1.

Annus Christi 138.

Anno 1. Antonini (Nabon. 885. Alex. 461.) die 20. seq. 21. Epiphi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 4. seq 5. Junij, in crepusculo vespertino, rectificato instrumento per cor ♌ inveniebatur ☿ in 90° 20′. sub Sphæra Stellarum Fixarum, sed ab æquinoctio in 7° ♋. cum Solis medius simplex esset 63′. 50′, compositus 10°. 30. ♊. Distantia ergo ☿ vespertina erat 26°. 30′. Ptol. lib. 9. c. 7.

Anno 2. Antonini (Nabon. 886. Alexand 462.) die 29. seq. 30. Tybi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 16 Decemb hora 4. 45′. matutina, cum Alexandriæ in meridiano esset 2° ♍, observavit Ptolemæus Venerem, postquam limitem matutinum prætergressa, Soli appropinquare cæperat. Rectificata autem Sphærâ armillari per Spicam ♍, perspiciebatur obtinere 6°. 30′ ♏. Eodem tempore conspiciebatur ♀ Stella in rectâ lineâ inter centrum Lunæ, & borealissimam in fronte ♏, aberat autem ♀ à ☽ centro, sesquialtero spatio, ad distantiam, quæ inter Borealem frontis ♏ & Venerem cernebatur Locus verò Stellæ fixæ illius secundum Ptolemæi numerationem erat 6°. 20′ ♏. Latit. 1° 20′. Locus verus ☽ 5°. 45′. ♏. Latitudo borea 5°. sed locus apparens 6°. 45′ Latitudo apparens 4°. 40′. Hinc ergo locus ♀ patet iterum 6°. 30. ♏. Lat. Bor. 2°. 40′. Ptol. l. 10. c 4.

Anno 2. Antonini die 6. seq 7. Mechir secundum Ægyptios. vel secundum Romanos die 22. Decembris, hora 8. p. m. existente in medio cæli ultimo gradu

♈. observavit Ptolemæus locum ♄. Rectificata autem Sphæra, per oculum ♉. ♄ occupare videbatur. 9° 4′ ♒ Erat autem medius locus Solis, secundum numerationem Ptolemæi 28°. 41′. ♐. Eodem autem tempore distabat à centro ☽æ secundum signorum ordinem 30′. tantum enim abfuit à cornu boreo Lunæ locus verus erat 9°. 40′ ♒, sed apparens Alexandriæ 8°. 34′ ♒ Saturni ergo locus 9°. 4′ ♒ Ptol lib. 11. cap. 6.

Annus Christi 139.

Anno 2. Antonini (Nabon. 886. Alex 462.) die 25. Phamenoth, vel die 9. Febr. secundum Romanos, post ortum Solis ante meridiem Hor æqualibus 5. 15′. Observavit Ptolemæus Solem in 18° 50′ ♒. cumque in medio cœlo esset 4° ♐, Luna perspiciebatur in 9° 40′ ♏. Parallaxis sensibilis Lunæ in longitudinem nulla erat, cum fuerit circa 90um. gradum. Ptolem. lib. 5. cap. 3.

Anno eodem die 9. Pharmuthi, vel die 23. Febr. horâ 5. 30′. p m quando in cœli medio erat 30° ♉ Sole Alexandriæ occidente, observavit Ptolem. ☽ locum apparentem, Erat autem inter ☉ & ☽ distantia 92° ⅛. Cumque Sol apparuerit in 3°. 0′ ♓ (secundum veritatem tamen addita parallaxi 3°. 1/24 ♓) sequitur ☽ occupasse secundum visum 5°. 10′. At elapsâ dimidia horâ, cum promota esset 15′. sed secundum visum 10′ Locus Lunæ erat 5° 20′ ♊. Ibi directâ Sphæra armilmillari, cum 4°. ♊ in medio cœli esset, inter centrum Lunæ & cor ♌ erant 57°. 10′. Locus ergo cordis ♌ fuit 2°. 30′ ♌. Ptol. lib. 7. c. 2.

Anno 2. Antonini die 2. seq. 3. Epiphi secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 17. sequente 18. Maij horis 4°. 30′. æqualibus ante mediam noctem Id est horâ 7. 30′. p. m existente in medio cœli Alexandriæ 12° ♍ observavit Ptolemæus Mercurij locum per Astrolabium ut supra, priusquam ad maximum limitem vespertinum perveniret: inveniebatur autem per cor ♌ in 17° 30′ ♊ Quod idem confirmabatur ex loco ☽, quam ☿ uno gradu & 10′. præcedebat. Erat enim secundum computationem Ptolemæi locus ☉ medius 22°. 34′ ♉, sed Lunæ medius 12°. 14′ ♊ anomalia 281°. 20′. Verus ☽ locus 17° 10′ ♊ apparens 16°. 20′. Hinc ☿. locus 17° 30′. ♊. Ptol. lib. 9. c. 10.

Anno 2. Antonini die 23. seq 24. (Copernicus & & Regiomontanus habent diluculum 21. diei) Mesori secundum Ægyptios, sed secundum Romanos die 5. Julij, observavit Ptolemæus ☿ in maxima distantia à Sole. Rectificata autem sphærâ per oculum ♉. Mercurij locus erat in 20°. 5′. ♊. Solis autem medius fuit in 10°. 20′ ♋. Distantia igitur matutina, erat 20°. 15′. Ptol. lib. 9 cap. 9.

Anno 2. Antonini, die 12. sequente 13. Epiphi, secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 27. Maij hora 10. p.m. observavit Ptolemæus ♂, Solis medio oppositum. Erat autem in 2°. 34′ ♐, Ptol. lib. 10. cap. 7.

Triduo post præcedentem observationem die videlicet 15. seq. 16. Epiphi secundum Romanos die 30. Maij Hor. 9. æqualibus p.m. observavit Ptol. Martem per Astrolabium rectificatum per Spicam ♍. cernebatur autem obtinere 1°. 36′. ♐. Eodem tempore præcedebat Mars Lunam, secundum signorum ordinem 1°. 36′. Erat autem ☽ locus verus 29° ♏ apparens in principio Sagittarij: unde hinc quoque Martis locus evadit 1°. 36′ ♐. Ptol. lib. 10. cap. 8.

Anno 2. Antonini, die 26. seq. 27. Mesori, secundum Ægyptios, vel secundnm Romanos die 11. Julij hora 5. matutina, hoc est ante ortum ☉ quando in medio cœli Alexandriæ erat 2°. ♈ Ptolemæus per Sphæram armillarem rectificatam ad oculum ♉. observavit locum ♃, quem invenit 15°. 45′ ♊. Erat autem tum ♃ & ☽ centrum in eodem Zodiaci loco, secundum visum, nisi quod Luna paulò australior fuit. Locus autem ☽ verus secundum Ptolemæi numerationem erat 14°. 50′ ♊ sed apparens 15°. 45′ ♊ Locus ergo ♃ 15°. 45′ ♊. Ptol l. 11. cap. 2.

Anno 3 Antonini (Nabon. 887. Alex. 463.) observavit Ptolemæus Æquinoctium autumnale, post unam proximè horam à Solis ortu factum, die 9. mensis Athyr. qui apud Mœstlinum est 26. apud Ricciolum 25. Sept. Anno Christi 139. Ptol. lib 3. cap. 2.

Annus Christi 140.

Anno 3. Antonini invenit Ptolemæus Æquinoctium Vernum post meridiem, unâ hora proximè die 7. Pachon, qui apud Ricciolum & Mœstlinum est 22 Martij Anno Christi 140 Ptol. Ibidem.

Anno à morte Alexandri 463. die 11. seq 12. Mesori, vel Anno Christi 140. die 25. Junij post 2. horas ferè post medium diei observavit Ptolemæus Solstitium æstivum. Ita Mœstlinus. Sed Græcus textus habet τῇ ια τοῦ μεσορὴ μετὰ β ὥρας ἐγγύστα εἰς τὴν ιβ μεσονυκτίου.

Anno 3. Antonini (Nabon. 887. Alex. 463.) die 4. seq. 5. Pharmuthi secundum Ægyptios, vel 18. Febr. in crepusculo vespertino, invenit Ptolemæus ♀ in limite vespertino. Perspiciebatur autem rectificato instrumento per oculum ♉ occupare 13°. 50. ♈. Solis medius Ptolemæo erat 25°. 30′ ♒. Distantia igitur ♀ vespertina maxima 48°. 20′. Ptolem. lib. 10. cap. 3.

Anno 4. Antonini (Nabon. 888 Alex. 464) die 11. seq. 12. Thoth, secundum Ægyptios, vel secundum Romanos die 30 Julij. Invenit Ptolemæus in limite matutino Venerem: aberat autem ab ea, quæ in medio Geminorum genu, ad ortum & boream per dimidium ☽ idest quadrante fermè unius gradus, locus Stellæ illius fixæ erat tunc in 18° 15′ ♊ Locus igitur ♀ 18°. 30′ ♊ Solis locus medius 5°. 45′ ♌. Distantia igitur ♀ maxima erat 47°. 15′. matutina. Ptolemæus lib. 10. cap. 1.

Annus Christi 141.

Anno 4. Antonini (Nabon. 888. Alex. 464.) die 18. seq. 19. Phamenoth secundum Ægyptios, vel secundum Romanos 2. Februarij, in aurora observavit Ptolemæus ☿ in limite matutino, rectificato Instrumento per Cor Scorpij, & apparebat in 13°. 30′. ♑. Erat autem Sol medio motu in 10°. ♒. Distantia igitur matutina fuit. 26°. 30′. Ptolem. lib. 9. cap. 7.

Declinationes Fixarum à Ptolemæo suæ ætati adſcriptæ.

Declinatio Aquilæ	5	50	B.
Mediæ Plejadum	16	15	B.
Oculi Tauri	11	0	B.
Capræ	41	10	B.
Humeri præcedentis Orionis	2	30	B.
Humeri ſequentis Orionis	5	15	B.
Sirij	14	45	A.
Præcedentis ♊	33	24	B.
Sequentis ♊	30	10	B.
Cordis ♌	19	50	B.
Spicæ Virginis		30	A.
Extremæ in Caudâ Urſæ majoris	59°	40′	B.
Mediæ ejuſdem Caudæ	65	0	B.
Illius, quæ in ipſa quaſi caudæ radice	66	15	B.
Arcturi	29	50	B.
Illius quæ in extremitate forficis Scorpij auſtralis.	7	10	A.
Illius quæ in extremitate forficis Scorpij Borealis	1	0	A.
Cordis Scorpij	20	15	A.

Ptolem. lib. 7. cap. 3.

Situs Stellarum à Ptolemæo obſervatus.

Ex ſubjectis Stellis aliæ in rectâ lineâ, alia ferè in rectâ lineâ apparuiſſe perhibentur.

1. Stellarum trium quæ in capite Arietis ſunt, duæ Borealiores; Splendida, quæ eſt in Genu Perſei; atque Capella.
2. Eadem Capella, ſplendida Succularum, & quæ eſt in præcedenti pede Aurigæ
3. Capella iterum, Stella in cornu boreo Tauri, & quæ eſt in præcedenti humero Orionis.
4. Splendidæ, quæ ſunt in capitibus ♊, & ſplendida in collo Hydræ.
5. Stellæ duæ contiguæ in anteriori pede Urſæ, Borealior Aſinorum, & quæ in extremitate borealis forficis Cancri.
6. Auſtralis Aſinus, Splendida Caniculæ, & Stella quæ has interjacet, caputque Hydræ præcedit.
7. Media Splendidarum in collo Leonis, ſplendida Hydræ, & Cor Leonis.
8. Splendida in lumbo Leonis, ſplendida in poſteriore crure Urſæ, & duæ Stellæ contiguæ, quæ ſunt in ſequenti extremo pede Urſæ.
9. Stella quæ in poſteriori Crure Virginis, ſecunda ab extrema Cauda Hydræ, & Spica Virginis.
10. Eadem Spica, Arcturus, & quæ eſt in capite Bootis.
11. Spica iterum, & illæ quæ ſunt in alis Corui.
12. Rurſum Spica, & quæ in poſteriore Virginis crure, & borealis ac ſplendida de tribus, quæ ſunt in antecedente tibiâ Bootis.
13. Splendida quæ in Chelis, & quæ in extremâ Caudâ Hydræ.
14. Splendida in Chela Auſtrali, Arcturus, & media trium, quæ in Cauda Urſæ majoris.
15. Splendida in Boreali Chelâ, Arcturus, & Stella quæ in poſteriori crure Urſæ.
16. Stella quæ in ſequenti tibia Ophiuchi, & illa quæ in quinto Spondylo Scorpij, atque duarum quæ in ipſius aculeo, præcedens.
17. Stella ſecundæ magnitudinis, in anteriori, & Auſtrali toto (σφυρῷ) Sagittarij, & illa quæ in cuſpide, & quæ in ſequenti genu Ophiuchi.
18. Stella quæ in genu Sagittarij adjacens Coronæ, & quæ in Cuſpide, atque illa qnæ in præcedente genu Ophiuchi.
19. Splendida in Lyra, atque illa quæ in cornibus Capricorni, & ſplendida in Aquilâ. Hanc Latinus Interpres nominat, ſed Græcus meus codex habet ἐγ τῷ ἀνγοκερῷ.
20. Stella primæ magnitudinis, in Ore Piſcis, & quæ in rictu Equi, & ſplendia in ſequenti humero Aquarij.
21. Stellæ, quæ duorum Auſtralium Piſcium ora occupant, & præcedentes in quadrilatero Equi.

Trium vero Stellarum, quæ ſunt in pectore Scorpij præcedens, cum duabus, quæ genua Ophiuchi illuſtrant, Triangulum Iſoſceles componebat, cujus verticem ipſa occupabat.

Linea quoque per Lucidam Aquilæ (ut eſt in Latino textu; Græcus habet ἐν τῷ αἰγοκερῷ) & per ſtellam primæ magnitudinis in ore Piſcis Auſtralis ducta, dividebat æqualiter proximè, intervallum duarum Lucidarum in Cauda Capricorni. Ptol. l. 7. c. 1.

Qui etiam lib. 8. cap. 2. deſcriptionem Viæ Lacteæ prolixè exequitur, quam huc transferre non libet.

Annus Chriſti 147.

INSCRIPTIO

A CLAUDIO PTOLEMÆO

Canobi in Serapidis Templo conſecrata.

Ex regia Bibliotheca nunc primum in lucem edidit, & Commentariis illuſtravit.

ISMAEL BULLIALDUS.

ANNO ANTONINI PII DECIMO.

ΘΕΩι ΣΩΤΗΡι.

DEO SERVATORI.

CLAUDIUS PTOLEMÆUS PRINCIPIA & Hypotheses Mathematicas.

ARcus circuli, qui per Polos Æquinoctialis & Eclipticæ transit, ab his interceptus talium est partium 23′51″20. qualium maximi circuli circumferentia partium est 360.

* * *

Æqualis revolutio Diei Naturalis constat temporibus 360.′59.″8.‴17.⁗13.v12.v′31. qualium una circumvolutio revoluti circuli partium est 360.

Hypotheseon rationes.

Qualium partium linea, quæ à centro eccentrici ducitur, est partium 60. illa quæ intra centra visus & circuli intercipitur talium est.

	p	′
In fixarum sphæra	0	0
Saturno	3	25
Jove	2.	45
Marte	6.	0
Sole	2.	30
Venere	1.	15
Mercurio	3.	0
Luna	12.	27

* * *

Quæ à centris epicyclorum.

	p	′
Saturni	6.	30
Jovis	11	30
Martis	39	30
Veneris	43	10
Mercurij	22	30
Lunæ	5	14

* * *

Æqualis diei naturalis, qualium conversio tota est part. 360. Motus medij.

	o. ′. ″. ‴. ⁗ v. v′
Fixarum	0. 0. 0. 5. 55 4. 6
Epicycli Saturni	0. 2. 0. 33. 31. 28 51
Saturni ipsius	0. 57 7. 43. 41. 43. 30
Jovis epicycli	0 4. 59. 14. 26 46. 31
Jovis ipsius	0. 54. 9 2. 46. 26. 0
Martis epicycli	0. 31. 26. 36. 53 51. 33
Martis ipsius	0 27. 41. 40. 19. 20 58
Solis ipsius	0 59. 8. 17. 13 12. 31
Veneris epicycli	0 59. 8 17. 13. 12. 31
Veneris ipsius	0 36. 59 25. 53 11. 28
Mercurij epicycli	0. 59. 8 17 13. 12. 31
Mercurij ipsius	3. 6. 24 6. 59. 3 5. 50
Lunæ Nodi in antecedentia	0. 3. 10 41. 15. 26. 27
Lunæ epicycli	13. 13. 45 39. 48. 56. 37
Lunæ eccentri in antecedentia	11. 12. 18. 4. 7 5. 28
Lunæ ipsius	13 3. 53. 56 17. 51 59

Inclinationum ad planum Zodiaci sphæræ fixarum rationes.

	°	′
Saturni eccentrici	2	26
Saturni epicycli	4.	30
Jovis eccentrici	1.	24
Jovis epicycli	2.	30
Martis eccentrici	1.	0
Martis epicycli	2.	15
Solis eccentrici	0.	0
Veneris eccentrici	0.	10
Veneris epicycli	2.	30
Veneris obliquationis	2.	30
Mercurij eccentrici	0.	45
Mercurij epicycli	6.	15
Mercurij obliquationis	2.	30
Circuli Lunaris plani	5	0

* * *

Epochæ æqualium motuum ad annum primum Imperij Augusti Neomenia Thot meridie

Ab Æquinoctio Verno.

	°	′
Fixarum Cordis Leonis.	120.	8
Saturni epicycli	72.	12
Jovis epicycli	8	35
Martis epicycli	183.	52
Solis Apogæum	65	31
Veneris epicycli	156	11
Mercurij epicycli	156	11
Lunæ eccentri Apogæum	206	42
Lunæ epicycli	55	40
Lunæ Nodi	115	31

* * *

Ab Apogæis itidem.

Saturni	83.	36
Jovis	147.	36
Martis	332.	19
Solis	6.	41
Veneris	359	34
Mercurij	234.	32
Lunæ	48.	40

* * *

Diſtantiæ pariter à corde Leonis.

Apogæi Saturni,	°110.′30
Nodi Aſcendentis	353. 30
Apogæi Jovis	38. 30
Nodi Aſcendentis	328. 30
Apogæi Martis	353. 0
Nodi Aſcendentis	63. 0
Apogæi Veneris	92. 30
Nodi Aſcendentis	202. 30
Apogæi Mercurij	63. 30
Nodi Aſcendentis	163. 30

* * *

In circulo, qui per Polos Horizontis deſcribitur.

Saturni	11. 0
Jovis	10 0
Martis	11. 30
Veneris	5
Mercurij	10. 30

* * *

In ſyzygijs Solis & Lunæ, quæ in mediis diſtantiis fiunt.

Utriusque Luminaris Diameter, ad viſum anguli recti partem 162. obtinet.

Diameter coni umbræ′65 tenet.

Et qualium eſt linea, quæ à centro terræ *ad ipſius ſuperficiem* partis 1. talium eſt Lunæ *à terra* diſtantia part. 64. Solis verò 729.

* * *

Primorum cuborum ſimul, & quadratorum termini.

* * * ſyſtemata

Soni mundani immobiles.

Sphæræ, Media excellentium	36
Fixarum, Nete excellentium	32
Saturni disjunctarum	24
Jovis, Nete conjunctarum	$21\frac{1}{3}$
Martis Parameſe	18
Solis Media	16
Veneris & Mercurij principalis mediarum	12
Lunæ principalis principalium	9
Ignis, Aeris, Aquæ, Terræ adſumpta	8

Continent hi numeri medietates quidem Arithmeticas V

Geometricas VI

Harmonicas V

Conſonantias verò in rationibus ſuperparticularibus, & multiplicibus continet.

Quartas in ſeſquitertiis V

Quintas in ſeſquialteris IV

Octavas in duplis V

Duodecimas in triplis II

Octavas duplices in quadruplis II

Tonos præterea in ſeſquioctavis II

* * *

Canobi dedicatio facta eſt anno decimo Antonini.

Quomodo prædicti numeri partes, Medietates, & Rationes ſuperparticulares & multiplices continent, ſic expoſitum fuit.

Fixarum	36
Saturni	32
Jovis	24
Martis	$21\frac{1}{3}$
Solis	18
Veneris & Mercurij	16
Lunæ	15

Arithmeticæ medietates V

36. 24. 12
32. 24 16

24. 18 12
24 16. 8

*24. 12 8 — *leg 16

Geometricæ ſex

36. 24. 16
36. 18 *2 — *leg. 9

32. 24. 18
32. 16. 8

18. 12. 8
16. 12. 9

* * *

Harmonicæ Medietates V

36. 24. 18
32. *23. $\frac{1}{3}$ 16 — *leg. 21. $\frac{1}{3}$

24 16. 12
24. 11. 8
18. 12. 9

Seſquitertiæ rationes quartarum V

32. 24
*28 *8 — *leg. 24. 18

$21\frac{1}{3}$ 16
16 12
*16. *5 — *leg. 12. 9

Quintæ & ſeſquialteris IV

36. 24
24. 16

18. 12
12. 8

Duodecimæ in triplis II

36. 12.
24. 8

Duplæ octavæ in quadruplis II

36 9
32. 8

Tonos in ſeſquioctavis * II. — *leg. III

36. 32
18. 16
9. 8

Annus Christi 192.

Solis Eclipsis indicata ab Herodiano in vita Commodi Imper. *Cum ante mortem ipsius*, ait, *Stellas interdiu in cælo visas.* quam Reinerus pag. 56. accipit pro totali. Occisus est autem 31. Dec. à conjuratis. Ricciol.

Annus Christi 237.

Solis Eclipsis Anno quo Gordianus Junior imperare cœpit, de qua Julius Capitolinus his verbis: *Tanta Solis Eclipsis fuit, ut nox crederetur, neque sine luminibus accensis quidquam agi posset.* Ricciolus. Petavius in Chronol. hoc anno scribit: *Solis defectio contigit Apr. 12. Hor. 4. 51'. post meridiem, feria 4. fuitque digit. 10. cujus meminit Capitolinus.*

Annus Christi 238.

Solis Eclipsis Anno Juliano 283. (sic corr. pro 238.) Ulpio Crinito & Proculo Pontiano Consulibus 2. Aprilis manè. Inita ex Petavij calculo Romæ H. 6 29' post mediam noctem, digitorum 8. 15. Quamvis autem hæc possit accipi pro eâ, de qua Capitolinus supra, & potuerit videri major, quia matutina prope Horizontis vapores, probabilior est tamen illa de qua anno præcedenti ut placet Petavio, & Keplero: Ricciolus. *Hic est annus ille*, inquit, *Petavius in Chronol. quo Censorinus librum suum commentabatur; quemque varijs annorum titulis Definit. qui ad amussim eum nostrâ Chronologiâ consentiunt.* Locus Censorini lib. de Natali cap. 21. ita habet. *Hic annus, cujus velut index, & titulus quidam est Vlpij, & Pontiani Consulatus*, ab Olympiade *prima* millesimus *est*, & quartus decimus, *ex diebus duntaxat æstivis, quibus agon Olympicus celebratur, A Roma autem condita* nongentesimus nonagesimus primus, & *quidem ex Parilibus, unde Vrbis anni numerantur. Eorum verò annorum, quibus Iulianis nomen est*, ducentesimus octogesimus tertius; *sed ex die Kal. Ian. unde Iulius Cæsar anni à se constituti fecit principium. At eorum, qui vocantur anni Augustorum*, ducentesimus sexagesimus quintus, *perinde ex Kalendis Ianuarij quamvis ex ante diem decimum sextum Kal. Februarij Imperator Cæsar Divi Filius, sententia L. Munatij Planci, à Senatu, ceterisque Civibus Augustus appellatus est, se septimum, & M. Vipsanio Agrippa III. Coss. Sed AEgyptij, quod biennio antè in potestatem, ditionemq; Pop. Rom. venerunt, habent hunc Augustorum annum* ducentesimum sexagesimum septimum. *Nam ut à nostris, ita ab AEgyptiis quidam anni in literas relati sunt; ut quos Nabonnassaru nominant, quod à primo Imperij ejus anno consurgunt, quorum hic* nongentesimus octogesimus sextus *est. Item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni numerantur; & ad hunc usque perducti annos* quingentos sexaginta duos *consummant. Sed horum initia semper a primo die mensis ejus sumuntur: cui apud AEgyptios nomen est Thoth, quique hoc anno fuit ante diem septimum Kal. Iulias: Cùm abhinc annos centum Imperatore Antonino Pio II. & Bruttio Præsente Coss. Romæ ijdem dies fuerint ante diem XII. Kal. Aug. quo tempore solet canicula in AEgypto facere exortum.*

Annus Christi 291.

Solis Eclipsis Anno 7. Diocletiani (Petavius in Chronol. habat octavum) Tiberiano & Dione Consulibus quo creati sunt Cæsares Maximinus Armentarius, & Constantius Chlorus, visa est Carthagine, ut refert Idatius in Fastis: nimirum ex Petavij Calculo Maij 15. digitorum 11. 20'. cœpitque ibi. H. 2. 2' post merid. desijt H. 4. 32' Ricciolus.

Annus Christi 301.

Lnnæ Eclipsis, de qua in actis S Felicis Martyris & Episcopi Africani ac Sociorum ejus apud Baronium Sed ad annum Domini 302. in illis enim dicitur: *Et ductus est ad Passionis locum, cum etiam ipsa Luna in Sanguinem conversa est die 30. Cal. Sept* quæ verba intelligit Scaliger in Prolegomenis Emend Temp p. 18. de Lunæ deliquio a Tabulis Astronomicis exhibito anno 301. tertio nonas Septembris, & die quinto postquam ductus fuit S. Felix cum sociis in Campaniam ad passionis locum, eò quòd Codices Deificos, idest Sacram Scripturam tradere noluissent. Ricciol.

Annus Christi 316.

Solis Eclipsis visa Constantinòpoli die 6. Julij, ex Fastis Constantinopolitanis, quæ Petavio fuit Digit 4. Et cœpit ibi H 4. 11' desijt H. 5. 42' post mediam noctem. Ricciolus.

Annus Christi 317.

Solis Eclipsis Anno quo Cæsares appellati sunt Crispus Constantinus, Constantini Imp. Filius, & Licinianus Licinij Fr. de quo Aurelius Victor. Fuit hæc Petavio Decemb. 20. digit. 7. 20'. cœpitque Lutetiæ H. 11. 52'. desijt H. 14. 28'. post mediam noctem. Emendandus est autem Vincentius Reinerus, qui hanc ponit Anno 291. pag. 57. Tab. Medic Ricciolus.

Annus Christi 324.

In Campania terræmotu tredecim Vrbes collapsæ sunt, & tantus fuit Solis defectus, ut meridie Stellæ cernerentur. Ced. Eclipsis hæc accidit die 6. Augusti post merid. Horis quatuor & min. 23. 27. digiti Eclipticì 7. 52' Apud Calvisium.

Annus Christi 334.

Solis Eclipsis Optato & Paulino Coss. de qua Iulius Firmicus lib. 1. cap. 2. dicens: *Sol medij diei tempore, Lunæ radiis quasi quibusdam obstaculis impeditus, fulgida splendoris sui lumina mortalibus denegavit:* additque visam Byzantij. Fuit Petavio lib. 8. cap. 13. die Iulii 17. & digitor. 10. 24' cœpitque Romæ H. 10. 19'. desijt, H. 13. 14' post mediã noctem. At Lansbergius in Thesauro pag. 126. eam annularem ex suis tabulis colligit, toto Lunæ orbe intra Solis orbem conspecto: id enim significant verba illa Firmici Lunæ radiis &c. Visa est enim Luna circumcirca radiare. Meæ tabulæ illam annularem repræsentant: erat enim ⊙ Anomalia graduum 46. & Lunæ 296.

ideo-

ideoque Solis Diameter apparens 31′. 8″. & Lunæ 29′. 16″. Ricciolus.

Annus Christi 346.

Solis Eclipsis quam Theophanes in Miscella attribuit Anno 10. Constantij, de qua etiam Cedrenus. Fuit hæc Petavio Junij 6 digit 7. 36. cœpitque Constantinopoli H. 4. 44′ desijt H. 6. 18′. post mediam noctem. Quoniam ergo fuit manè, & Sol ortus est in Eclipsi, non mirum si Theophanes dicat visas esse in cœlo Stellas. Cedrenus ait fuisse Desij mensis 6. id est Junij 6. at Scaliger. pag. 510. negat hanc Synodum fuisse Eclipticam, ob causam mox afferendam. Ricciolus.

Annus Christi 347.

Solis Eclipsis Anno 11. Constantij ut adnotat S. Hieronymus in Chronico Eusebij. Quæ ex calculo Scaligeri lib 5 Emend Temp. pag. 510 fuit die 20 Octob. feria 3. At Petavio fuit digitor. ferè 7. cœpit H. 3. 25. post meridiem Romæ, & desijt H. 5. 15′. Solque occidit H. 5. 20′. Quoniam verò inter hoc Novilunium Eclipticum, & Novilunium diei 6. Junij Anni 346. sunt tantum Lunationes 16. & hoc intervallum Scaliger non censet esse Eclipticum, ideò imperitiæ arguit Cedrenum adscribentem defectionem Solis Anno 10. Constantij die 6 Junij, Δαισίυ. ε. Licet enim possint etiam in quinto & in sexto, non tamen iterum statim in quinto mense, adque adeo mensibus 16. redire Eclipses, ut docuimus cap. 14 Quare Cedrenus imperitum se intervallorum Eclipticorum manifestat. Merito quoque reprehendas, aut corrigas Marianum Scotum, qui hanc Eclipsim rejicit in 18. Kalend Januarij, quo certè die non fuit Novilunium, nisi Anno 350 quo nullam Solis defectionem fuisse affirmat. Ricciolus.

Annus Christi 348.

Solis Eclipsis Horâ 3. diei Dominicæ Byzantij visa: ex Theophane in Miscella. Fuit hæc Petavio Octobr. 9 digitorum 8. & cœpit hora 6. 28′ desijt H. 8. 31′ post mediam noctem. Ricciolus.

Annus Christi 360.

Solis Eclipsis Constantio X. & Juliano III. Consulibus consignata ab Ammiano Marcellino lib. 20. his verbis: *Per Eoos tractus cælum caligine cernebatur obscura, & à primo auroræ exortu usque ad meridiem, intermicabant jugiter Stellæ. His terroribus accedebat, quod cum Lux Cœlestis operiretur, è mundi conspectu penitus luce abreptâ, defecisse diutius Solem pavidæ mentes hominum æstimabant, primò attenuatum in Lunæ corniculatæ effigiem, deinde in speciem auctum sesquimestrem, posteaque in integrum restitutum.* Fuit hæc Eclipsis 28. Augusti, & visa est in Mesopotamia ad Tigrim eodem Auctore, & Prutenico Calculo annularis alicubi. Petavio autem digitor. 11. sed quia cœpit ibi, Hor. 4. 29′ post mediam noctem. Desiitque Hor. 6. 33′, ideo Stellæ visæ in cœlo; in tractibus autem Eois, & orientalioribus, alicubi cœpit orto jam Sole, & duravit pene usque ad meridiem; idcirco Ammianus, ex diversa fama confundens observationum loca, eam exaggeravit tanquam in Mesopotamia durasset, ab aurora ad meridiem. Frustra verò Keplerus in Opticis pag. 294. contendit fuisse totalem, confessus tamen Lunam Apogæam, sed dissimulans Solem tunc penè Perigæum: Erat enim Anomalia Solis Gr. 157. Lunæ 358. ideoque Solis Diameter ex Rudolphinis 31′ at Lunæ 30′. mihi autem Solis 33′. 2″. & Lunæ 28′. 2″. Ricciolus.

Annus Christi 364.

Lunæ Eclipsis, de qua Theon in Comm. Ptolom. lib. 6. Anno Nabonnassari 1112. die 6. Phamenoth, seu Novembris 25. feria 5. ut habet Scaliger, lib 5 pag. 496. Ricciolus.

Eclipsis ☾ facta est nocte, quæ secuta est diem 25 Novemb. ineunte die 26. Novemb. post mediam noctem fer. 6. Horis 3. 24. Alexandriæ. apud Calvisium

Annus Christi 365.

Solis Eclipsis Anno Nabonnassari 1112. die 22. Payni mensis, cujus initium Theon Hypatiæ pater observavit Alexandriæ Ægypti, hora post meridiem. 2. 50′. medium H. 3. 45′ finem hora circiter 4 ½. ut refert Theon. in Comment. lib. 6. Ptolemaicæ Syntaxeos. Fuit die 10. Martij. Ricciolus.

Annus Christi 393.

Solis Eclipsis Theodosio III & Abundantio Coss. hora diei 3. de qua Marcellinus & Prosper in Chronico, visa Byzanthij & Romæ. Itaque Petavius, utrique loco aptans calculum, ait Novemb. 20. fuisse Romæ digitor. 9 31′ ab Hora 8. 31′. ad 10 50′. post mediam noctem; sed Byzantij digitor 10 44 ab H 11 16′. ad 13. 30′. Salvis ergo Eclipsium intervallis non potuit eodem hoc anno in Europa esse Solis Eclipsis hora diei 4 prope Pentecostem, ut ponit Baron. hoc autem anno Pentecoste fuit 5. Iunij, & Novilunium præcedens fuit 27. Maij. Ricciolus.

Annus Christi 402.

Solis Eclipsis 3. Idus Novembris Honorio V. & Arcadio V. Coss. apud Idatium in fastis. Fuitque Petavio digitor. 10 30′. ab H. 7. 36′. post mediam noctem ad H 9 42′. Ricciolus.

Annus Christi 410.

Solis Eclipsis, qua Stellæ visæ in cœlo, Anno quo Alaricus Romam cœpit ex Nicephoro lib. 13 cap. 36. Ricciolus.

Annus Christi 418.

Solis Eclipsis 14 Kalend. Aug. seu 16. Iulij Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. quam asserunt Lichtenbergius tempore S. Martini; Iornandus in Chronico

nico & Mercellinus Indict. 1. Idatius in fastis, & Chronicon Alexandrinum. Quæ quidem Petavio fuit digitorum 11. 30′. ab Hora Romæ 11 32′. ad 13. 20′. post mediam noctem: esto Keplerus in Opt. pag. 294. censeat fuisse totalem, quia totus est in asserendis ibi totalib. Solis defectib. Ricciolus.

Annus Christi 421.

Solis Eclipsis, de qua Prosper in parvo Chronico edito à P. Pithoeo dicens: *Hieronymus apud Bethlehem moritur anno ætatis 98. sequenti autem anno Solis hoc anno facta defectio*, Faramundus regnat. Constat autem ex Consulari Chronico Posperi. S. Hieronymum obijsse Theodosio IX. & Constantino III. Coss. nempe ut habet Marcellinus Indict. 3. seu Anno Christi 420. ergo Eclipsis fuit: Anno 421. videlicet ut ait Scaliger lib. 6. Emend. Temp. pag. 611. die Maij 17 feriâ 3. atque adeo Faramundi initium ad Annum 421. non ad 419. ut male habet Sigebertus. Ricciolus.

Annus Christi 447.

Idacius Episcopus Hispaniæ, qui tum vixit mentionem facit Eclipsis Solaris anno 24. Theodosij, *cum paulo post Rechillanes Suevorum Rex moreretur* Numerat autem hic Autor annos Theodosij ab Obitu Honorij, qui mortuus est anno Æræ Christianæ 423. die 15. Aug. Atque ita hic annus est vicesimus quartus Theodosij. Facta autem est Salamanticæ in Hispania die 23. Decemb. feria 3. horis post merid. 11. & min. 7. 10 Apud Calvisium.

Annus Christi 450.

Solis Eclipsis de qua S. Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 3. loquens de adventu Hunnorum. *Tunc & Sol teter apparuit, ita ut vix ab eo pars, vel tertia luceret. Credo namque pro tantis sceleribus & effusione Sanguinis innocentis, &c.* Fuit illa Anno I. Marciani Imperatoris, Valentiniano VII. & Avieno Coss. Indict. 3. ut notat Gregorius, & juxta Scaligerum Aprilis 27. feria 5. & Anno sequenti. Attila in Gallias irrupit, nempe anno 451 Ricciolus.

Annus Christi 451.

Lunæ Eclipsis in ortu sui 6 Kal. Octob. de qua Idatius in Fastis pag 28. visa Compostellæ, ubi degebat, ab Hor. 15. 55′. ad 19. 25′. digitorum 10. ut exhibet calculus Petavij. Ricciolus.

Annus Christi 452.

Trithemius scribit Eclipsin Lunarem contigisse anno Merovei Francorum Regis octavo, quæ accidit hoc anno die 15. Sept. fer 2. horis duabus post mediam noctem. Digiti Ecliptici 18. 13. duravit ultra 3. horas. Apud Calvisium.

Annus Christi 458.

Solis Eclipsis V. Kalend. Junias apud Idatium in fastis digitorum 11. Compostellæ H. 9. 9′. post mediam noctem, ut supputat Petavius. Ricciolus.

Annus Christi 462.

Lunæ Eclipsis VI Nonas Martij Feria 6. ut ait Idatius in fastis pag. 40. visa Romæ. Licet Petavins dirigat calculum Compostellam, ibique dicat in ijsse Martij 1 H. 22. 33′. post mediam noctem, desijsse H. 1 41′ sequentis diei, denique fuisse digit. 9. Ricciolus.

Annus Christi 464.

Solis Eclipsis 13. Kalend. Augusti, visa Constantinopoli, de qua Idatius in fastis, addens pag. 42. visam Romæ ab hora 3. ad 6. Petavius suo calculo digitorum octo asserit; & incœpisse Byzantij Hor. 7. 28′. post mediam noctem, desijsse Hor. 9 55′. Ricciolus.

Annus Christi 475.

Luna superior Stella Veneris, eam percurrit anno Diocletiani 192 *Athyr* 21. Visa Luna à Sole obrinuit Capricorni Gradum 13. distitit verò à Sole grad 48. Thy Observatio. Liber MS. Græcus; apud Bullialdum in Astronomia lib. 3. cap. 12. qui addit: *Ita verto; cum mihi legendum videatur* φαινομένη σελήνη ἀπὸ ἡλίου ἐπέχουσα. (In Græco aliter legitur) *Comparatam scilicet intelligit Lunam ad Solem. Fuit Annus Christi 475. Novemb. dies 18. & quoniam hora adscripta non est, ad quadrantem ferè Hora post occasum Solis, hoc est hora 5. 15′ Athenis, Uraniburgi Hor. 4 30. observationem factam supponemus. Non utimur enim hac observatione, & quidquam ex ista concludamus, sed saltem ut ostendamus calculum nostrum exhibere illam* ☾ & ♀ ☌.

Annus Christi 484.

Solis Eclipsis die 13. Januarij, qua dies in noctem versa est, *facta enim sunt profundæ tenebræ & Stellæ visæ sunt*, ut habetur in Reineri Catalogo, ex vita Procli à Marino descriptâ Græcoque textu, qui asservatur in Bibliothecâ M. Ducis Etruriæ. Erat Anomalia correcta ☉ Grad. 218. & ☽ Grad. 169 ideoque mihi Diameter Solis 32′. 50″. & Lunæ 33′. 24 Ricciolus.

Annus Christi 486.

Solis Eclipsis Maij 18. ex Vitâ Procli, de qua supra apud Reinerum. Ricciolus.

Annus Christus 498.

☌ ♃ ♂ centralis

Vidi post Solis occasum anno Diocletiani 214. *Pachon. die 6. quæ in 7. progrediebatur, Hora noctis secunda Stellam Martis ita junctam Stellæ Iovis, ut nullo intervallo à se distarent.* Ex Libro MS. apud doctissimum Bullialdum, in Astronom. lib. 8. cap. 13. qui addit: Erat annus Christi 498. Maij dies, 1. H. 9.

Annus Christi 503.

☌ ♄ ☽ centralis.

Anno 219. (*Diocletiani*) *Mechir* 27. *in* 28. *occultavit Luna Saturni Stellam, hora propemodum IV. post*

liberatum vero ♄ ab interpositione Lunæ, ego , & unà mecum frater charissimus invenimus horas temporales per Astrolabium V. cum semisse & quadrante , ita ut conjiceremus Saturnum per centrum Lunæ transijsse circa horam V. apparuit enim è Luna emergendo, in medio circumferentiæ illuminatæ partis. Erat verò tertius circulus partium duarum fere. In Libro MS. Græco apud Bullialdum in Astronom. lib. 6. cap. 5. Qui addit: *Erat annus Christi 503. Febr. dies 21. Adnot at liberationem Saturni factam Hora temp. V. cum dodrante.* Erant tunc Horaria nocturna Athenis partium Æquinoctialium 16. 18′, 45″. Horæ itaque temporales V. & tres quadrantes dant tempora Æquinoctialia 93. 47′. 48″. id est horas æquinoct. 6. 15′. 11″ Occidit autem Sol Athenis, illo die H. 5. 28′. 30″. quibus si addamus, Horas æquinoctiales repertas 6. 15′. 11″. habebimus à Meridie diei Febr. 21. H. 11. 43. 41″.

Annus Christi 508.

Anno Diocletiani 225. Thoth die 30. Stella Iovis visa est, ita proxima Cordi Leonis, ut ab ipso tribus digitis Boream versus distiterit, & tunc ab illa fixâ minimum distare apparuit. Liber MS. Græcus, apud eundem Bullialdum lib. 7. cap. 7. qui addit: *Est annus Christi 508. Sept. 27. manè.*

Annus Christi 509.

Anno 225. Diocletiani Phamenoth 15. in 16. vidi Lunam sequentem claram Hyadum post accensas lucernas (id est prima face post recessum crepusculi.) *Digiti unius ad summum semisse. Videbatur autem occultasse ipsam. Stella quippe apposita erat parti, per quam bisecatur limbus Lunæ illuminatus.* Erat tunc Luna juxta veros motus in Tauri Grad. 16. 30′. In libro Græco MS. apud Bullialdum in Astron lib. 3. cap. 12. qui addit, *Erat Annus Christi 509. Martij 11.*

Anno eodem 225. Payni 19. post Solis Occasum Stella ♂ attigit ♃ Stellam, ita ut ab ipsa distare videretur in antecedentia digito uno, in Austrum vero digitis duobus, quamvis numeri Canonis & magnæ Syntaxeos, istos duos Planetas ostenderent, in eadem parte ejusdem mensis die 23. quando longè admodum à se invicem distantes visi sunt MS. apud eundem Bullialdum lib. 8. cap. 13. qui addit: *Erat annus Christi 509. Iunij dies. 13. post meridiem & Occasum Solis.*

Annus Christi 510.

Anno 228. à Diocletiano, visa est Veneris Stella præcedere Iovis stellam, ut plurimum digitis 20. vigesima octava verò sequi videbatur digitis X. penes latitudinem verò, nulla differentia apparuit , oportuit certè juxta calculum Ephemeridum, ipsos junctos cerni Planetas trigesima die mensis, cum tamen tunc temporis longo intervallo discreti à se invicem apparuerint. Liber MS Græcus apud eundem doctissimum Bullialdum, lib. 9 cap. 6. qui addit: *Erat annus Christi 510.*

Annus Christi 538.

Eclipsis Solis annotata invenitur apud Scriptores Anglos, quæ acciderit die 15. Calend. Martij , sive 15. Febr. anno quinto Henrici Regis West-Saxonum in Anglia, hora diei primâ, usque ferè ad tertiam, sive statim post ortum Solis. Ea sic invenitur hoc anno, & dicto die, sed in ipso Solis exortu horis 5. ante merid. Digiti Ecliptici 8. 23. Sol ferè in principio Piscium. Ad relationem tamen Historicorum videtur accidisse, dimidia hora circiter, post Solis exortum. Apud Calvis.

Annus Christi 540.

Anglici Scriptores annotant Eclipsin Solis, quæ acciderit anno septimo Henrici Regis Saxonum occidentalium, die 20. Junij , dimidia hora post horam diei tertiam. Idque verum est. Digiti Ecliptici 6 54. Sol in initio Cancri. Accidit ad Tabulas, unde computatio facta, horis 4. 31 37. ante meridiem Londini. Apud Calvisium.

Annus Christi 574.

Solis Eclipsis anno illo, qui præcessit obitum Justiniani , quam Paulus Diaconus lib. 2 cap. 31. tantam fuisse dicit, *ut nec quarta quidem pars in eo lucens remaneret , sed teter & decolor quasi saccus visus sit* , at quia dicit fuisse Kalend. Octob. & Scaliger lib 6. p. 617. eam ex calculo reperit Calend. Septembris potius, quam Octobris, ideo emendat Paulum Diaconum. Ricciolus.

Annus Christi 581.

Lunæ Eclipsis April 4. Luna defecit Anno 6. Childeberti Junioris , ut scribit S. Gregor. Turonensis lib. 6. cap. 25. Fuit Petavio digit 7. cœpit H. 23 53′. post mediam noctem, & desijt die sequenti H. 3. 13′. Ricciolus.

Annus Christus 582.

Anno Childeberti (Junioris) septimo, qui erat Chilperici, & Gunthramni vicesimus primus, Luna Eclipsin passa est, uti S. Gregorius Turonensis scribit. Et revera anno 582. bis insignis Lunæ defectio contigit. Primum Martij 25. Plenilunium verum & Eclipsis medium accidit hora 3. 56′ post mediam noctem. Initium H. 1. 48. Finis H, 6. 4′. Itaque duratio ejus Hor. 4. 18′ fuitque digitorum 22. 8′. Altera defectio Septembris 18 Plenilunium verum incidit Hor. 0 41′ Cæpit Sept. 17. Hor. 22. 51′. post mediam noctem. Desiit hor. 2 31′. post med. noct. Sept. 18. Ita duratio ejus horarum 3. 40. Digitos habuit 21. circiter. Petav. l. 11. c. 48.

Annus Christi 590.

Solis Eclipsis de qua S. Greg. Turon. lib. 5. c 21 anno 15. Childeberti, ubi ait Turonis Solem mense Octobri sic defecisse, ut vix quantum Lunæ quintæ cornua habent, ad lucendum haberet. Fuit Petavij calculo 4. Octobr. digitor. fermè 7. cæpitque Parisijs H. 9. 7′. desijt H. 11. 3′ post mediam noctem. Hanc Scaliger lib 5. pag. 620. confundit cum Eclipsi Anni 597. de qua mox dicemus. Ricciolus.

Annus Christi 592.

Solis Eclipsis Anno 9. Mauritij & Guntheramni 32. Verno tempore, ut habent Annales Constantinopolitani, Theophanes, & Fredegarius in appendice ad Gregorium Turonensem, annumque ibi 32. Fuit Petavio die 19. Martij ab Hor. 8. 54′. ad 11.23′. Constantinopoli, ac digitorum 10.

Annus Christi 594.

Eclipsis Solis accidit hoc anno, qui fuit annus 31. Gunthramni Regis Francorum, ubi à mane usque ad Meridiem Sol minoratus est. Aimoin. & Sigeb. Hæc accidit 23. Julij fer 6. hor. 6. ante meridiem, & cœpit ferè Sole Oriente. Digiti Ecliptici 11. 28 Sol in 1° ♌ Aimoinus, Sigebertus, hanc ponit post biennium falsò. apud Calvisium.

Annus Christi 596.

Eclipsis Solis anno ante mortem Gunthramni Regis annotatur à Gallicis Scriptoribus, ut & Eclipsis Lunæ, quæ obscurior solito visa est. Eclipsis Solis accidit 5. Januarij feria 5. horis 3. post merid. in Gallijs. Digit. Ecliptici 9. 30. Eclipsis ☾ quæ à Scriptoribus Gallicis annotatur accidit 15. Junij fer. 6. hora una, adhuc ante mediam noctem. Digiti Ecliptici 13. 40. Sol in 27. ♊ Apud Calvisium.

Annus Christi 597.

Solis Eclipsis Novembris 15. de qua Scaliger lib. 6. pag 620. vult locutum Fredegarium, cùm dixit: *Sol Eclipsim pertulit mense octavo mediante, & ita ejus lumen minuit, ut vix quantum quintæ Lunæ cornua retinent ad lucendum haberet.* Sed mensis octavus est October, ergo Fredegarius, aut S. Gregorius loquuntur de Eclipsi Anni 590. Hanc verò Sigebertus male ponit Anno 596. Ricciolus.

Annus Christi 603.

Solis Eclipsis anno 8. Theodorici & Theodeberti Franc. Reg de qua Fredegarius in appendice ad S. Gregor. Turon. Fuit Petavio Augusti 12. Parisijs H. 3. post merid. digitor. 11. 20′.

Annus Christi 605.

Solis Eclipsis 5. Maij, postquam pestis 3. mensiū desævijt in qua visus est bonus Angelus, cū malo circumire urbes, & signare domos, ut habet Regino in Chronico lib. 1. & Gregorius Tholosas lib. 2. de Republ. pag. 128.

Annus Christi 644.

Eclipsis Solis facta anno tertio Constantij Imperatoris, ut Cedrenus & Zonaras habent, & facta dimidia hora post merid. die 5. Novemb. Digit. Eclipt. 9. 53′ Apud Calvisium.

Annus Christi 650.

Beda Tomo secundo scribit, post convocatam Synodum à Martino Papa, Episcoporū centum & quinquaginta, factam esse sequenti anno Eclipsin Solis. Ea accidit die 6. Febr. horis tribus post meridiem in Anglia. Digiti Ecliptici 10. 25. Apud Calvisium.

Annus Christi 661.

Eclipsis Solis, triennio postquam Saxones Australes in Anglia religionem Christianam amplexi sunt, cujus meminit Beda Tom. 2. Accidit die 2. Julij Horis fere 5. post mediam noctem, Oriente Sole, digit. Eclipt. 8. 26. Apud Calvisium.

Annus Christi 664.

Solis Eclipsis Calendis Maij, esto per errorem Beda lib. 3 Hist. Anglicanæ cap. 27. ponat diem 3. Londini visa hora circiter tertia. Petavius ait fuisse digitorum 10. 20′. cœpisseque ibi H. 3. 7′ post merid. desiisse H 5. 14. Quam tamen Keplerus in Opticis pag. 294 censet totalem fuisse, ob levem illam conjecturam, de qua diximus Anno 592. Ricciolus.

Annus Christi 680.

Eclipsis Lunæ annotatur hoc anno, & ab Anastasio & Ursbergensi, quæ acciderit die 17. vel 18. Junij. Accidit die 18. Junij feria secunda ineunte, hora tantum dimidia post mediam noctem. Digiti Eclipt. 16. 37. Sol in fine Geminorum. Apud Calvisium.

Annus Christi 682.

Solis Eclipsis V. Nonas Maij, quam præcesserat Lunæ Eclipsis apud Lycosthenem. Ricciolus.

Annus Christi 683.

Anastasius, qui historias Pontificum conscripsit, meminit hoc anno Eclipsis Lunaris his verbis: *Temporibus Leonis Pontificis Indictione undecima die 16. Apr. post Cœnam Domini, Luna, pene tota nocte in sanguineo vultu laboravit, & non nisi per gallicantum ex tenebris cæpit exire.* Eclipsis illa accidit eodem die, die scilicet Viridium, ut vocare solemus, hora dimidia ante mediam noctem. Cœpit dimidia decima, finita est fere sesquihorâ post mediam noctem; duravit enim horis ferè quatuor. Digiti Eclipt. 19. 18. Apud Calvisium.

Annus Christi 693.

Cum Eclipsis Solis esset, inquit Diaconus, *Rodoaldus Dux Beneventanus in Calabria Tarentum & Brundusium & alia Romanis eripit.* De Eclipsi hac inquit Cedrenus: *Anno Iustiniani nono tantus fuit Solis defectus ut stellæ apparerent.* Idem affirmat Theoph. in Miscell. Accidit ea die 5. Octob. horis ante meridiem fere 4. Digiti Eclip. 11. 32 Apud Calvisium.

Annus Christi 716.

Signum, inquit Anastasius, *tempore Gregorij Pontificis Indictione 14. in Luna factum, & visa est cruentata, usque ad mediam noctem.* Eclipsis Lunæ, ut Lectori facilè apparet, describitur, quæ accidit die 11. Januarij, Horis post merid septem. Digiti Eclipt. 18. 36 Cœpta est obscurari paucis minutis post horam quintam à meridie, duravitque usque ad horam fere nonam. Apud Calvisium.

Annus Christi 718.

Isidorus Pacensis Hispanus, hoc anno annotat Eclipsin Solis magnam, quæ facta sit *ab hora sexta diei, usque ad nonam, ita ut Stellæ apparuerint.* Cujus Eclipsis etiam meminit Rodericus Toletanus in Anno Hegiræ 99. Accidit ea Hispaniæ sub Polo 41. die 3 Junij Hora post merid prima & minutis 15. digiti Eclipt. 12. 14. Apud Calvisium.

Annus Christi 719.

Solis Eclipsis totalis in Hispania, ex Annalibus quibusdam, quos adducit Scheinerus in Rosa Ursina. Ricciolus. *An eadem hæc est cum priori?*

Annus Christi 733.

Eclipsis Solis indicatur ab Anglicis Scriptoribus Sic enim ait Continuator Bedæ: *Eclipsis Solis facta die 15. Calend. Septembris, circiter horam, diei tertiam, ut penè totus Orbis Solis nigerrimo & horrendo scuto videretur obtectus.* Invenitur hæc Eclipsis ut scripsit, die 14. Augusti, feria 6. horis post mediam noctem 8. 30′. in Anglia. Digiti Eclipt. 11. 1. Apud Calvisium.

Annus Christi 734.

Eclipsis Lunæ à Scriptoribus Anglicis indicatur facta die 24. Januarij feria prima, sic enim ait Continuator Bedæ: *Eclipsis Lunæ die 7. Calend. Febr. circa Gallicantum duabus horis Luna planè obscurata est.* Facta est in Angliâ horâ ferè secundâ post mediam noctem feria prima ineunte, die 24. Januarij. Digiti Eclipt. 18. 15. Apud Calvisium.

Annus Christi 752.

Eclipsis Lunæ annotatur à Rogerio ab Hoveden Scriptore Anglo, quæ acciderit pridie Calend. Aug. feria secunda; quæ eodem die etiam invenitur. Facta est hora una post mediam noctem, ultimo Iulij, feriâ secundâ ineunte. Digiti Eclipt. 20. 50. Apud Calvisium.

Annus Christi 753.

Eclipsis Solis annotatur a Continuatore Bedæ, quæ acciderit die 9 Ianuarij hoc anno, quæ etiam hac die, qui fuit feria tertia, horis fere duabus ante meridiem invenitur. Digiti Ecliptici 10. 35. Apud Calvisium.

Sic Eclipsis Lunæ ab eodem Continuatore annotatur, *die 24. Ianuarij, in qua Luna, horrendo & nigerrimo scuto obtecta fuit.* Invenitur etiam hæc, dicto die, horâ ferè primâ post mediam noctem, ineunte feria quarta die 24. Ianuarij. Digiti Eclipt. fere 12. Ibidem.

Annus Christi 755.

Eclipsis Lunæ annotatur à Rogerio ab Hoveden Scriptore Anglo die 23 Novembris feria primâ quæ fuerit *totalis apud Oculum Tauri, quæ Stella eodem spatio præcesserit, Lunam incipientem obscurari, quo secuta est, post recuperatum lumen.* Hæc Eclipsis invenitur die 23. Novemb. feria prima. Digiti Ecliptici 17. 8 Facta Londini in Anglia horis 5. 45′. post meridiem. Luna tum in 4° 46′ ♊ Oculus Tauri in 23. ♉. Unde videre est Oculum Tauri à Luna abfuisse gradibus undecim, nec tempore Eclipsis Lunam eandem Stellam transire potuisse Apud Calvisium. Schickardus in MS. ait: *Oportet anno sequent. contigisse.* Scilicet Anno 756. noctu inter 12. 13. Novemb. Et in margine habet Anno 756. d. 12. Nov. (nocte inter 12. 13.) circa *hor. 7. Vesp. id est ante mediam noctem. Locus Stellæ circa* 22 $\frac{1}{4}$ ♉ Nod. Asc. 19. 8. Apog. ☾ 19. ♊ ☉ ex calc. 22. $\frac{1}{2}$ ♏. sed ex observatione anterior.

Annus Christi 760.

Solis Eclipsis Anno 20. Constantini Copronymi: Augusti 15. Constantinopoli, ex Theophane. Fuit Petavio H. 5. post merid. digit. 10. Ricciolus.

Annus Christi 764.

Aimoinus in rebus gestis Francorum, annotat Eclipsin Solis hoc anno, quæ accidit die 4. Junij, feria secunda, fere in ipso meridie. Digiti Ecliptici 7. 15. Apud Calvisium.

Annus Christi 778.

Mercurij Stella visa est in medio Sole, velut macula nigra. Polyd. Vergilius lib 3. de Prodig. pag. 226. Lycosthenes in prodigijs, dicit id factum esse 16. Calend. Apr. hoc est die 17. Martij. Idem Lycosth dicit, quod idem acciderit Anno 808. & 1278. idque tribus his diversis annis, ijsdem verbis ponit in diem 16. Cal. April. Mœstlinus in MS.

Annus Christi 787.

Solis Eclipsis Anno 7. Constantini Irenes filij, die 16 Septemb hora diei 5. de qua Cedrenus Anno illo 7. & Theophanes. Prutenicæ Tabulæ dant digitos 11 $\frac{1}{2}$ Petavius digit. 9. 47′. & horam 8 47′. post merid. Constantinopoli. Keplerus in Opticis pag 294. persuadere conatur, fuisse totalem. Ricciolus.

Annus Christi 796.

Rogerius Scriptor Anglus, annotat hoc anno Eclipsin Lunarem, quæ acciderit anno septimo, Edelrici Northumbrorum Regis die 28. Martij feriâ 2. horis 4. post mediam noctem. Eaque hoc Anno invenitur, sed medium Eclipsis hujus accidit Londini horis 5. post mediam noctem: cœpit autem horis tribus & 30′. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 15. 22. apud Calvisium.

Annus Christi 806.

Lunæ Eclipsis 4. Nonas Septembris apud Aimoinum lib. 4. cap. 95. & Reginonem lib. 2 Chron. Fuit Petavio Digitor. 16 $\frac{1}{2}$ cœpit Lutetiæ H. 19. 57′ post mediam noctem, totalis obscuratio fuit H. 21. 11′. emersio H. 22. 47′ finis H. 0. 1′. diei sequentis. Ricciolus.

Annus Christi 807.

Pridie Calendarum Februarij inquit Aimoinus, *Luna decima septima fuit, quando Stella Iovis per eam transire visa est.* Hoc tempore ad Tabulas Prutenicas die scilicet 31. Ianuarij hora tertia post mediam noctem, Luna fuit in 2°. 27 ♎ ubi etiam Stella Iovis tum fuit. Latit. ♃. Sept. 1. 46′. Lunæ etiam Sept. 2°. 8′. Sed Luna nunquam est sine parallaxi Australi,

quæ hoc tempore fuit 22′. quasi à Septentrionali Latitudine subtrahatur, restat Latit ☾ 1. 46′. eadem quæ Iovis, atque ita Luna Iovem texit. Apud Calvisium.

Solis Eclipsis 3. Idus Februarij, de qua Anonymus Scriptor in Vita Caroli M. à Petro Pithoeo, editus, qui creditur Engolismensis Monachus. Fuit Petavio ibi H. 9. post mediam noctem. Digit. 9. 42′. Ricciolus.

Lunæ Eclipsis 4. Calend Martij de qua Aimoinus lib. 4. cap 95. & Regino, Lutetiæ prope med. noct. digitorum Petavio 12. 20′. Ricciolus.

Aimoinus Monachus etiam annotat hoc anno die 17. Martij *Maculam in Sole visam per octo dies*, quam putat fuisse Mercurium. Sed ad Tab. Pruten. Mercurius longè à Sole ad hoc tempus abest, videlicet in 19. ♈. cum ☉ esset in 1°. Nec potest hoc, propter Pascha in sequentem annum referri, alias enim & Eclipses hæ ad sequentem annum referendæ essent. Apud Calvisium.

Mœstlinus in MS. cum signasset annum Christum 807 per Parenthesim addit: *Debebat esse Annus* 808. in margine autem scribit: Iuxta Calculum Tabularum Pruten. Anno 808 die 17. Martij circa meridiem est locus ☉ 0°. 45′ ♈. & locus ☿ 0°. 26′ ♈. Retrogr. Veruntamen Longitudo ☿ ibidem computatur 2°. 12′ Bor. Videatur Ricciolus lib 3. cap 3. Schol. 2.

Lunæ Eclipsis altera, apud eosdem Scriptores die 21. Aug H. 20 26′. post mediam noctem inijt; tota immersio H. 22. 8′. emersio. 22 32′. finis die sequenti H. 0. 14′. digiti 12′. Petavius. Ricciolus.

Annus Christi 808.

Solis Eclipsis Anno 8 Caroli Magni 14. Maij apud Theophanem & Lycosthenem. Ricciolus.

Annus Christi 809.

Eclipsis Lunæ annotatur ab Aimoino die 26 Sept. quæ etiam eodem die invenitur, sed Romano more ea incidit in diem 25. Septemb. Hor fere 8. postmer. Digiti Eclipt 16 26. Apud Calvisium.

Solis ac deinde Lunæ Eclipsis Decembri apud Reginonem lib. 2 Ricciolus.

Annus Christi 810.

Eclipsis Lunæ annotatur à Scriptoribus Francicis, quæ acciderit diei 21. Iunij, quæ invenitur si Romano more numeres die 20 Iunij Hor. 8. post Merid. Digiti Ecliptici 22. 45′ aqud Calvisium.

Iidem Scriptores meminerunt etiam Eclipsis Solis quæ acciderit die 7 Iunij hujus anni. Et Luna quidem eo die pervenit ad Nodum, sed longius tamen abest, quam ut Sol propter interpositionem Lunæ obscurari potuerit ut calculus ostendit: ideo fortassis ad Tab. Astronomicas imperfectiores prædicta fuit, sed non facta apud Calvisium.

Annotatur etiam à Gallicis Scriptoribus Eclipsis Solis, quæ acciderit hoc anno die ultimo Novembr. in meridie: Ea etiam ad Tabulas Pruten. ita invenitur 12′ post merid. Digiti Ecliptici 12. Atque ita totus Sol obscuratus fuit.

Eclipsis altera Lunæ hoc anno annotatur ab iisdem Gall. Scriptoribus, quæ accideric 14. Decembr. Eaque invenitur fere hora Octava post merid. Digit. Eclipt. 13 apud Calvisium.

Annus Christi 811.

Solis Eclipsis Anno 40. Vitæ Caroli M. Idibus Maij in Annalibus Francorum. Ricciolus.

Annus Christi 812.

Solis Eclipsis de qua Anonymus in Vita Caroli M. & Regino, visa Constantinopoli pridie Idus, non Iunij, ut habet corruptus codex sed Maij ut vult Petav. H. 14. 13′ post med. noct digit. 9. Ricciolus.

Annus Ahristi 813.

Solis Eclipsis Anno 2. Michaelis Curopalatæ de qua Theophanes ad Annum Mundi 6305. & Miscella lib. 24. visa in Cappadocia 4. Maij in ortu Solis, digitorum Petavio 10 35′. Fuit hic annus ultimus, Michaelis Imperatoris, & primus Leonis Armeni, in quo desinit historia Theophanis. Ricciolus.

Annus Christi 817.

Eclipsis Lunæ annotatur in Annalibus Fuldensibus, quæ acciderit hoc anno die 5. Febr. antequam Ludovicus filium suum Lotharium faceret Imperatorem, & eadem nocte Cometam visum. Eclipsis hæc invenitur eodem die 5 Febr. horis post merid 5. 40′ Digiti Ecliptici 17. 49. apud Calvisium.

Annus Christi 818.

Eclipsis ☉ annotatur ab Aimoino quæ acciderit hoc anno die 18. Iulij Sed ea ad Tabul Astronom invenitur die 7. Iulij mane horis ferè duabus post Solis exortum. Digiti Ecliptici 6 55 Apud Calvisium.

Annus Christi 820.

Eclipsis Lunæ annotatur ab Aimoino, Scriptore Gallo quæ acciderit die 24 Novembris, hora noctis secunda, quæ accidit, si more Romano numeres die 23. Novemb. horis 6. 26′. post merid. Digiti Eclipt. 14. 27. Apud Calvisium.

Annus Christi 824.

Eclipsis ☾ annotatur ab Aimoino, quæ acciderit 6 Martij Hora noctis 2. ante obitum Pontificis, Sed mendum est in numero dierum, accidit enim 18. Martij post merid 7. 9′ biduo post Æquinoctium. Digiti Ecliptici 15. 28. Apud Calvisium.

CLASSIS IV.

OBSERVATIONES SYRO-PERSICÆ.

ORdimur hanc Classem ab Anno Christi 827. quo Maimonis Saracenorum Regis jussu, Ptolemæi Syntaxis (haud dubiè, Alexandrinis in spolijs reperta) in Arabicam Linguam translata est. Quo doctissimo labore, Astronomia apud Arabes, eousque profecit, ut illo adhuc sæculo auderet ALBATEGNIUS, seu *Mahometes, Dynasta Aractensis* Anno 882. illas *Ptolemæi Tabulas* cum Cœlo comparare, exploratum quantum ab ipsis siderum motibus dissentiant.

Ejus *Observata Eclipsium, Stellarum, & Æquinoctiorum* suis annis, & locis repræsentantur.

Locus Observationis fuit *Aracta*, quam doctissimus Keplerus existimat esse *Carras Chaldæorum*.

Ego in Catalogo, quem exhibuit *Bulialdus*, reperio locum Racca, distantem Româ H. 1. 51′ in Orientem, cum Latit. 36. *Keplerus* habet H. 2. 28′. Latit. verò eandem, ut existimem non infeliciter, de hâc Aracta conjecisse, etsi spatia in Orientem, & hodie apud *Geographos*, & in *Catalogo illo*, omnia contractiora sint. quam ante annos paucos, creditum fuit.

Albategnium secuti ejusdem sectæ & disciplinæ homines *Azophi, Alfraganus, Alfarabius*, & post illatas in *Hispaniam* ab *Arabibus* litteras, *Arzahel Hispanus*, ac deinde *Almeon*, atque *Alpetragius*, quoad circa Annum Christi 1230. imperante FRIDERICO II. CÆSARE, ipsa, unde ista *Arabes* hauserant *Ptolemæi* magna Syntaxis, ex *Arabico in Latinum* translata est.

Post eam translationem annis paucis ALPHONSUS X. *Castellæ Rex*, quem deinde Anno 1257. Romanorum Imperatorem designârant, *novas Tabulas* condidit, ex mente atque emendatione Albategnij, rejectis, quas Mauri, Arabes, Judæi, quadriennio ante confecerant, Tabulis, plenis ariolationum & conjectionum præstigijs, cum quibus semper *Astronomia* sincerior luctata est.

Cæterum neque illa *Alphonsi* compages diu tenuit, ut habent posteriora observata *Prophatij* Judæi, atque *Henrici* Mechliniensis & aliorum querelæ, quorum verba ex Autographis Tubingensibus, *Michaël Mæstlinus* diligenter exscripsit, & nos suis locis atque annis adnumerabimus.

Feliciores fuerunt *Persicæ Tabulæ* quas iterum *doctissimi Bulialdi* diligentiæ debemus. Earum metas, seu carceres exhibet annus 1079 *Fixarum* autem annus 1115. de quibus commentantem *Bulialdum* legisse, non pœniteat.

Annus Christi 827.

Hæc anno jussu Maimonis Regis Saracenorum Ptolemæi magna Syntaxis Arabice traducta; illic deinceps in pretio atque usu fuit.

Annus Christi 828.

Eclipsis ☾ annotatur ab Aimoino, quæ acciderit primo Iulij, Lunâ in Occidente constitutâ. Ea etiam hoc anno invenitur die primo, Iulij, Horis 3. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 21. 19. Apud Calvisium.

Eclipsis ☾ altera annotatur die Nativitatis Christi

circa mediam noctem. Ea invenitur hoc anno die 25. Decembr. Hora 1. 45 post mediam noctem. Digiti Eclipt. 12. 48. Ibidem.

Annus Christi 831.

Eclipsis ☾ æ in Annalibus Francicis annotatur 30. April. eaque eodem die etiam invenitur horis 6. 30′. post merid. in ipso Lunæ exortu, ubi tota obscurata fuit. Digit Eclipt. 12. 50 apud Calvisium.

Eclipsis ☉ etiam indicatur quæ acciderit 16. Maij. Ea eodem die invenitur Hora una ante merid. Digit. Ecliptici 4. 24. Ibid.

Eclipsis altera ☾ in Annalibus Francicis, quæ acciderit die 24. Octob. quæ etiam eodem die invenitur Horis 10. post merid. in Galliis. Digit. Eclipt. 14. 54. Ibidem.

Annus Christi 832.

Eclipsis ☾ in Annalibus Francicis, quæ acciderit 18. April. Error Librarij est quod habet diem 18. Maij. Invenitur enim 18. Aprilis horis 8. post merid. Digiti Ecliptici 15. 39. Apud Calvisium.

Annus Christi 840.

Solis Eclipsis ex Annalib. Franc. Anno 840. 5. Maij, ante obitum Ludovici Pij Regis Franc. de qua Aimoinus lib. 5. cap. 19. Anonymus supra à Pithæo editus, & Auctor vitæ Ludovici Pij, addentes fuisse in Vigilia Ascensionis, & maximam, adeò ut etiam stellæ propter obscuritatem Solis visæ sint, rebusque color in terris mutaretur: Immò, ut ait Auctor Vitæ Ludovici: *Vt nihil à noctis veritate differre videretur, Stellarum namque rarus ordo ita cernebatur, ut nullum Sidus, lucis hebetudinem pateretur; Quin potius Luna, quæ se ei adversam præbuerat, paulatim Orientem petendo, primum corniculatim illi lumen à parte Occidentali, restitueret in morem sui, quando prima, vel secunda cernitur, & sic per augmenta totam venustatem tota rota Solis reciperet.* Unde apparet hunc Auctorem Astronomiæ, & Siderum discernendorum fuisse peritum, quod etiam confirmat illud colloquium, quod addit de Stella Crinita anni præcedentis cum Ludovico Pio, ut advertit Keplerus in Optic. pag. 295. Fuit ergo totalis Lunâ in Perigeo ferme posita: ergò non digitorum tantummodo 9. 20′. ut supputat Petavius ad horam 11. post mediam noctem. Ricciolus.

Annus Christi 842.

Lunæ Eclipsis 3. Calend. April. feria 5. Majoris Hebdomadæ Hora noctis 10 de qua Annales Francorum prædicti. Petavius computat digit. 14 30′ & Lutetiæ initium H. 0. 48′. total. H. 2. 2′. emersionem H. 3. 14′, finem H. 4. 28′. à media nocte. Ricciolus.

Annus Christi 878.

Eclipsis Lunæ annotatur, quæ acciderit in Gallijs hora noctis ultima die 15. Octob. Eaque ibi invenitur feria 4. horis 4. post mediam noctem. Digitij Eclipt. 13. 24′ apud Calvisium.

Solis Eclipsis 29. Octob. hora diei 9. quam die 14. præcesserat Lunæ Eclipsis Anno 29 Ludovici Balbi ex Annalibus Franc. apud Keplerum in Opticis pag. 295. ait autem Auctor Vitæ Ludovici, Solem post horam nonam ita obscuratum esse, per dimidiam horam, *ut Stellæ in cælo apparerent, & omnes sibi noctem imminere putarent.* Eamque fuisse totalem Keplerus cum Gemma Frisio autumat; quippe à Luna prope Perigeum. Porrò Ludovicus mortuus est anno sequenti 4. Idus Aprilis. Mihi fuit absque sensibili differentia totalis: nam Anomalia Solis erat Gr. 136. & ☽ Gr. 220. & Diameter. ☉ 32′. 42″. at ☽ 32′. 40″. Ricciolus.

Annus Christi 879.

Anno 1203. Alexandri, observavit Albategnius in Aracta Stellarum fixarum loca. Invenit autem Cor ♌ in 14°. 5′ ♌. Et primam ♏ in 17°. 50′ ♏ Regiom. lib. prop. 6. Copern. lib. 3. cap. 2. Albategnius libro suo cap. 51. dicit se Cor ♌ in 14° ♌ & primam ♏ in 16° 20′ ♏ invenisse; & motum earum in ann. 785. dicit esse 11°. 50′. unde singulis 66. annis cedat unus gradus. Apud Mœstlinum in MS.

Albategnius anno Dhilkarnaim 1191. id est Nabon. 1627 observavit Cor ♌ in 14°. 0′. ut habet, liber excusus latinè redditus. Copernicus & alij habent ♌ gr. 14. 5′. Bulliald. in Astron. lib. 5. cap. 2.

Annus Christi 881.

Eclipsis ☉ annotatur, quæ acciderit 28. Augusti in Annal. Franc. Et ea quidem ita invenitur die 28. Aug. Feria 2 Hor. 3. 23′. post meridiem. Digiti Ecliptici 4. 28. apud Calvisium.

Annus Christi 882.

Die 1. Athyr vel die 16. Martij Hor. 10 ½ ante merid. observavit Mahometes Aractensis, qui & Albategnius, in Areca Syriæ Æquinoctium vernum.

Anno eodem die 4. seq. 5. Mechir vel 17. seq. 18. Junij Albategnius observavit Solem in Solstitio Æstivo Hor. ½ post mediam noctem.

Anno eodem die 7. seq. 8 Pachon, vel die 18. seq. 19. Septemb. Albategnius observavit Æquinoctium autumnale Hor. 1 ¾ post medium noctis. Albategn. apud Mœstlinum in MS.

Anno Dhilkarnaim 1194. id est Alexandri 1206. observavit Albategnius Aractæ in Syria, ab Æquinoctio autumnali in vernale dies 178. H. 14. 30. ut habet c. 28 lib. de scientia Stellarum. Bullialdus in Astron. lib 2. cap. 2. Albategnius Astronomus observavit Æquinoctium Autumnale die 19. Elul sive Sept. Anno Philippi 1206. die 8. Pachon Horis 12. 36. min. post meridiem, hoc est 36′ post mediam noctem, &c. Quod vero additur factam Anno Alexndri Dhilkarnaim 1194. mendum videtur. Cum is annus incipiat sequentibus Calendis Octob & scribendum Anno 1193 Dhilkarnaim, die 19. Elul.

Annus Chriſti 883.

Anno à morte Alexandri 1207 die 23. Tamuz, vel Anno 1631. Nabon. die 10. ſeq. 11. Phamenoth, vel Anno Chriſti 883. die 23. ſeq. 24. Julij; defecit de diametro Lunæ, modico plus medietate, & tertia (dig. 10. & modico plus) à Borea, in Aracta p. m. horis 8. & modicum plus (ideſt $\frac{1}{8}$ ex horis æqualibus. Mœſtlinus in MS. ex Albategnij cap. 30. qui tamen ſignat annum Alexand. 1206 Sedis, ait Mœſtlinus, eſſe non poteſt. Porro Aracta, vel Arecca Syriæ ſita eſt in Longit. $70^{\circ}\frac{1}{2}$ Latit. 36°. Cujus Meridianum Circulum, Meridianus Alexandriæ, ferè duabus tertijs, unius æqualis horæ præcedit. Ex MS. Schikardi.

Annus Chriſti 888.

Lunæ Eclipſis magna, die 16 Octobris apud Reginonem in Chron. lib. 2. Ricciolus.

Annus Chriſti 891.

Anno ad Hilcarnain 1202. Alexandri 1215. poſt dimidium, nonæ diei, menſis Ab, id eſt Anno 1639. Nabon. die 28. Phamenoth vel Anno Chriſti 891. die 8. Aug. defecit Sol ab Auſtro in Aracta plus duabus tertiis ſecundum viſum per ſpatium horæ temporalis p. m. Mœſtlinus, rejiciens annum ab Alexandri morte 1214. & ſubſtituens 1215. Apud Calviſium lego: *Eclipſis Solis annotatur facta die 8. Auguſti; obſervata fuit ab Albategnio Aractæ, quod acciderit anno Dilcarnain 1202. die 8. menſis Ab, hora una temporali poſt meridiem.* Apud Ricciolum habetur, quod viſa conjunctio, veram præceſſit, ferè per octavam partem horæ.

Annus Chriſti 901.

Solis Eclipſis obſervata ab Albategnio Antiochiæ Syriæ, die 23 menſis ſecundi, id eſt Januarij Anno Dhilkarnain 1205. & ab obitu Alexandri, 1217 ante meridiem horis 3. 40′. ferè, & obſcurata eſt ſemiſſis, & paulò plus de Sole. Albategnius capite 30 Ubi tamen Lansbergius legit annum 1224. ab Alexandri morte, hoc eſt Chriſti 901. die 23. Januarij: addit vero Albategnius Aractæ fuiſſe obſervatam hora $3\frac{1}{2}$ ferè ante meridiem, & obſcuratum ibi de Sole minus duabus tertiis. Hæc Ricciolus.

Lunæ Eclipſis obſervata ab Albategnio Antiochiæ Anno ab obitu Alexandri Magni 1224. noctu inter 2. & 3. menſis Ab, ſeu Auguſti Hora 15. 20′. ſed Arachtæ H. 15. 35′. poſt meridiem. Ita Albategnius, cap. 30. affirmans Eclipſatam totam propemodum Lunam. Addit Regiomontanus lib 5. Epitom. Almag. prop. 21. debuiſſe obſcurari, juxta Ptolemaicas Tabulas, digitos 10. & Eclipſin præcedere minutis 50′ Lansbergius pag. 69. theſauri ſupputat digitos 12. 51′. ſed non viſam Albategnio totam obſcurari, quia non erat profundè in umbra merſa. Petavius quoque colligit digitos 12. 30′ Scaliger pag. 420. ait fuiſſe feriam 1. ſeq. 2. Meis ex tabulis proveniunt digiti pauciores quàm 12′, ut requirit Albategnij obſervatio, inquit Ricciolus. Mœſtlinus in MS. ſignat annum Nabon. 1649. Alexandri 1225. & Chriſti 901.

Annus Chriſti 904.

Eclipſis ☽ *magna, incidit hoc anno*, inquit Cedrenus, *quà territus inquirit, quid ea ſignificet: reſpondetur ipſi, hac Eclipſi proximo cuidam ab Imperatore mortem deſignari.* Ea invenitur accidiſſe Conſtantinopoli 1. Junij Hor. 1. 30′. poſt mediam noctem. Digiti Ecliptici 21. 45. Apud Calviſ.

Annus Chriſti 912.

Scriptores Angli meminerunt Eclipſis Lunaris, quæ anno 13. Eduardi Regis Januarij 7. Hor. 3. poſt mediam noctem accidit. Ea ita invenitur, fuitque feria tertia. Digiti Ecliptici 14. 47. Fuit hor. 3. 12′. poſt mediam noctem Londini. Apud Calviſ.

Annus Chriſti 926.

Lunæ Eclipſis Calendis Aprilis, quadam luminis relicta particula, veiut eſſet ſecunda, ſicque Aurora jam incipiente, in ſanguineum tota colorem mutata eſt. Frodoardus in Chronico, de qua Keplerus pag. 274. Opticæ. Ricciolus.

Annus Chriſti 934.

Eclipſis Solis annotatur à Trithemio, quæ ſignum futuri obitus Imperatoris exiſtimata fuit. Ea accidit 16. April. feria 4. 30′. poſt meridiem, Digiti Ecliptici 11. 36. apud Calviſium.

Annus Chriſti 937.

Ebenneſophim circa initium anni Chriſti 937. verificavit locum Cordis ♌ in 15°. 12′ ♌ Bullialdus in Aſtronom. lib. 5. cap. 3.

Annus Chriſti 939.

Eclipſis Solis accidit 19. Julij hora 3. diei, Anno quarto Ottonis Imperat. ut habet Hepidanus Monachus S. Galli.

Anno item quarto Ludovici Regis Galliæ ut habet Chron. Belgicum obſervata eadem fuit in Hiſpania, paulò ante victoriam Ranimiri de Saracenis. Ea ad meridiem Salmanticæ Pol. 41. invenitur accidiſſe 19. Julij ante meridiem Horis 4. 15′. Digiti Ecliptiei 10. 7′. Apud Calviſium.

Ricciolus ad annum Chriſti 944. ſignat Solis Eclipſin horribilem feria 6. hora diei 3. qua victus eſt Addaram Rex Saracenorum, à Rhadamiro Rege Gallœtiæ, & Authorem nominat Sigebertum in Chronico.

Annus Chriſti 957.

Solis Eclipſis XV. Calend. Januarij Anno 3. Lotharij tanta, *ut Stellæ à prima hora, uſque ad horam tertiam apparerent.* Ex vita Lotharij, & Keplero in Aſtron. Opt. pag. 295. Mihi Solis Anomalia tunc

Gr. 185. & Lunæ 206. ideoque diameter tam Solis quam Lunæ 33'. 8''. ac totalis præcisè Eclipsis. Ricciolus.

Annus Christi 961.

Signum in Sole factum, inquit Hermannus Contractus, quibus verbis Eclipsin Solis indicat hoc anno quo Otto in Italiam profectus est. Ea accidit, ut Contractus habet 17. Maij feria sexta, horis ferè 5. ante merid. apud Calvisium,

Annus Christi 968.

Eclipsis ☉ annotatur à Luitprando, & Cedreno, quæ acciderit horâ diei tertiâ. 22. Decemb. Eaque etiam hoc die invenitur. Digiti Ecliptici 11. 50. Fuit duabus ferè horis ante meridiem. Apud Calvisium.

Annus Christi 977.

Anno Hegiræ 367. die Jovis, qui erat 28. Rabie posterioris (is est ordine mensis quartus & incipit ille annus Saracenicus die 19. Augusti anno Christiano 977.) Observatum fuit Cahiræ in Ægypti Metropoli initium Eclipsis Solaris, cum altitudo ☉ esset 15°. 43'. Quantitas obscurationis 8. digit. Ea finita Sol elevabatur 33 1/2 gr. Ex Schickardo in MS. qui adjungit, tempus respondere diei 13. Decemb. & durationem assignat à Hora 8 7/8 mat. usque ad 10 2/3.

Anno eodem die Sabbathi, videlicet 29. mensis Syvval (numero decimi, qui Paschalis est eorum) Eclipsis Solis, occupavit digitos 7 1/2. In principio ☉ altus ferè 56°. In fine Sol occiduus elevabatur gradibus 26, Ex Schickardo in MS.

Annus Christi 979.

Anno Hegiræ 368. (qui incœpit d. 8. Aug. Mihi die 9 Aug Ann. Christiano 978.) die Jovis 14. Syvval, Luna fuit orta cum defectu, qui ad 5 1/2 digitos accrevit, cum extaret supra Horizontem gradibus etiam 26. (*subaudio finem tunc accidisse*.) Schickardus qui adjungit; tempus respondere diei 14. Maij Anno Christi 979.

Hæ tres observationes habitæ sunt ab Ibn-Iunis, qui jussu Regis Abu-Haly Almansor, sapientis, Ægypto tunc Imperantis, rebus vacabat cælestibus. Hujus Authoris tabulas habet Iac. Golius Professor Lugdun. (qui mihi inde communicavit ista) in quibus plures aliæ, sui & superioris AEvi observationes extant. Locus observationis propinquus urbi Cahiro. Schickardus.

Annus Christi 1009.

Luna in sanguinem mutata est hoc anno, inquit Chron. Belg. Ea Eclipsis facta est 6. Octob. fer. 5. hora una ante mediam noctem. Digiti Eclipt. 17. 49. Apud Calvisium.

Annus Christi 1010.

Eclipsis Solis annotatur à Sigeberto, quæ acciderit hora diei secunda, post merid. Ea invenitur die 18 Martij sed (ad Tabulas ex quibus computata est) horis 4. post merid. Digiti Ecliptici 9. fere. Apud Calvis.

Annus Christi 1015.

Eclipsis Solis annotatur in Chron. Belg. quæ invenitur 19. Junij feria prima, dimidia hora post ortum Solis, Digiti Eclipt. 5. 37. Apud Calvis.

Annus Christi 1020.

Eclipsis ☽ indicatur à Scriptoribus hoc anno. Dicunt enim Lunam in sanguinem conversam fuisse. Ea invenitur 4. Sept. Hora una, ferè, ante mediam noctem Coloniæ. Digiti Ecliptici 18. 25. Apud Calvis.

Annus Christi 1033.

Eclipsis Solis annotatur ab omnibus hujus temporis Scriptoribus, quæ facta sit die 29. Junij in meridie: de ea Glaber, qui eam vidit sic scribit: *Die tertia Calend. Iulij, feria sexta, Luna vigesima octava facta est Eclipsis ab hora diei sexta, usque in octavam nimium terribilis. Nam Sol ipse factus est Saphirij coloris, gerens in superiore parte, speciem Lunæ quartæ &c.* Ea invenitur post mediam noctem Hor. 11. 14. 20''. Digiti Ecliptici 11. 2'. Major aliquanto quàm à Glabro describitur, & prior etiam. Apud Calvis.

Annus Christi 1037.

Eclipsis Solis annotatur in fragmentis Gallicis, quæ facta sit hora diei prima, die Lunæ, post Quasimodogeniti, *ita ut pars tantum appareret Solis, qualis est Luna secundæ.* Hæc Eclipsis invenitur quod acciderit horis post mediam noctem. 8. 21. Digiti Eclipt. 10. 21. Atque ita hæc Eclipsis posterior est, quam debebat, & minor, cum quæ ante quadriennium fuerat, & prior & maior exhibebatur, quam Author definit. Apud Calvisium.

Annus Christi 1039.

Eclipsis Solis annoratur post mortem Conradi Imper. quæ acciderit Hora sexta diei, scilicet meridie, die 22. Aug. Eaque eodem die invenitur 20'. post merid. fer. 4. Digiti Ecliptici 8. 53. Apud Calvis.

Annus Christi 1044.

Eclipsis Lunæ hoc anno annotatur. Verba Glabri sunt: *Die 8. Novemb. feria 5. hora octava noctis, inter Solem & ipsam Lunam, sive patratum à DEO ostentum, sive interveniente Sphæra alicujus Sideris, qualiter evenerit, manet notum Scientiæ Conditoris: ipsa Luna primitus, facta est tota sicut teter Sanguis, paululum evadendo usque ad auroram.* Aliud fragmentum historiæ Franciæ habet, quod Eclipsis hæc facta sit inter Hyades & Plejades. Invenitur eo die Eclipsis ☾ Horis 3, 32'. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 9 52, Luna fuit in 22° ♉ Plejades in 17° ♉ apud Calvis.

Sic Eclipsis ☉, statim ibi etiam indicatur, quæ acci-

accciderit 22. Novembris, quæ etiam ita invenitur. Digiti Ecliptici 10.46. Facta horis 2.48.51. ante meridiem Rhemis. Ibidem.

Annus Christi 1056.

Annales Belgici annotant Eclipsin Lunæ his verbis: In Vigilia Cœnæ Dominicæ post *primum pullorum cantum, effecta est Luna nigra tota, ut carbo extinctus, horis ferè duabus, inde recuperavit Lumen,* Eclipsis hæc facta est 2. April. feria tertia jam finiente, hora una, ante mediam noctem, in Belgio. Digiti Ecliptici 19.15. apud Calvisium.

Annus Christi 1075.

Post Albategnium annis 193. (hoc est circa annum Christi 1075.) Arzachel Hispanus, 402, considerationes fecit, circa 4. puncta media, inter puncta æqualitatis, & Solstitiorum, & reperit Apogæum ante solstitium 12° 10′. (hoc est in 17°.50′.♊) At Eccentricitatem eandem invenit quam Albategnius, videlicet 2°.4′.45″. hinc etiam maximam prosthaphæresin 1° 59′.10″. Regiom. lib. 3. Epit. prop. 13. Apud Mœstlinum in MS.

Ejusdem est observatio Declinationis maximæ. Ea ex MS. Mœstlini sic habet: *In Canonibus Arzahelis p. 2. Declinatio secundum quod Ptolemæus dicit, est 23. Gr. & 51. at secundum intentionem, Filij Almansoris qui fuit homo admirabilis considerationis est. 23. Gr. & 33. min. Quæ apud nos dicitur verior, quia priorem novimus rumore, & hanc didicimus per considerationem.*

Annus Christi 1079.

Hunc in annum competit, *Epocha* ANNORUM SULTANICORUM, qui & *Melixa Chrysococcæ* dicuntur.

Hi anni sunt correctionis factæ in *Persia, Calendarij* gentis illius Autoritate *Imperatoris Chorasan & Mesopotamiæ*; is Persis dictus *Sultan Gelal, Eddin, Melixa.* Congruit Epocha an. Iesdagerdis 448. Phravardim die 18. hoc est Anno Christi 1079 Martij 14 fer. 5. merid. ad Meridianum Tybenes, qui abest Uranib. H. 2 42′.

Numeri ex calculo Doctissimi Bulialdi.

	Num Persic.	Num Philol.
Sol. med. ab Æquinoct.	11 27 17 43	11 27 22 43
Apogæum ⊙	♊ 24 12 33	♃ 27 20 47
Satur. Med ab Æquin.	10 3 24 19	10 4 23 21
Apogæum ♄	♐ 6 41 11	♐ 9 26 46
Nodus B.	♋ 29 11 11	♋ 16 15 19
Jov. Med. ab Æquin.	5 8 7 13	5 6 13 20
Apogæum ♃	♏ 25 30 11	♍ 25 6 30
Nodus B.	♌ 2 57 1	♋ 5 3 11
Martis Med. ab Æquin.	4 22 10 0	4 25 12 17
Apog. ♂	♌ 12 18 1	♌ 17 34 28
Nodus B.	8 12 18 1	♉ 9 45 4
Vener. Apog. & Nodi	♊ 15 28 1	♑ 28 2 1
Anom Epicycli.	9 11 18 20	9 8 22 35
Ab Æquinoct.	9 8 26 3	9 5 15 18
Merc. Apog. & Nodi	♎ 28 52 1	♍ 26 21 31
Anomal. Epicycli	7 29 56 18	7 15 24 59
Ab Æquinoct.	7 27 14 1	7 12 47 42
Nodi ☾	9 24 28 20	9 24 17 7
☾ Ab Æquinoctio	3 12 42 15	3 12 53 36
Anomaliæ	7 16 17 10	7 17 36 51
à Sole dupla distantia	7 0 49 1	7 1 1 46
Latitudinis a ☊	5 18 13 55	5 18 36 29

Nodi latitudinis Veneris ut & Mercurij sunt in linea absidum.

	Borea Aust.		Maxima Æquat. Eccent.	Maxima Æquat. Epicyc.
Satur. Latit.	5 3 3 5	In Saturno	6 32	6 13
Jovis	2 4 2 7	Jove	5 15	11 3
Martis	2 52 3 29	Marte	11 25	42 12
Ven, Inclin	6 18 6 18	Venere	1 49	45 59
Obliquatio	2 40 2 20	Mercurij	4	22 1
Mercur. Incl	4 4 4 4	Solis	2 0 30	
	2 0 3 30	☾ in Sizig.	5 1	in Quad. 7 40

Canon Mediorum Motuum

Intra Hekatontaeteridem Annorum

PERSICORUM.

Solis ab Apogæo	11	4	41	3	23
☊	7	17	8	16	
Saturni ab Apog,	4	21	20	3	
Anomalia Epicycli	6	13	21	0	
Jovis ab Apog.	5	2	14	3	
Anomal. Epicycli	6	1	49	0	
Martis ab Apog.	1	17	12	22	
Anomal. Epicycli	9	17	28	41	
Vener. Anomal Epicycli	6	2	57	45	
Mercur. Anom Epicycli	11	27	4	24	
Motus Apogæi Solis & V Plan. ♄ ♃ ♂ ♀ ☿	0	1	25	42	
Med. ☾ ab Æquinoct.	11	8	23	18	
Anom. Epicycli	7	21	52	28	
Dupl. dist. à Sole	0	4	33	3	

Hæc omnia, ex MS. Bibliothecæ Regiæ excerpta, debet Astronomia *doctissimo Bulialdo*, ex quibus apparebit *Tabulas Persicas* haud paulo felicius elaboratas, quam quas sequente sæculo *Iudæorum*, atque *Arabum* ope *Rex Alphonsus* construxit.

Sed & *Arzahelis* observata quæ Solis absides retroagi præferebant, jam tũ tanti non fuisse, ut non quadriennio post, de loco Apogæi Solaris *Persa Astronomi* aliter pronuntiarent.

Annus Christi 1093.

Eclipsis Solis adnotatur hoc anno, quæ facta fuerit hora diei 3. ut habet Chron. Belg. die 23 Septembr. fer. 6. eaque ita invenitur. Accidit enim post mediam noctem, Hor. 9 23′ Rhemis in Gallia. Digiti Eclipt. 834. apud Calvisium.

Annus Christi 1096.

Eclipsis ☾ annotatur hoc anno à multis Historicis, quæ acciderit die 11 Febr. Eaque ita invenitur:

accidit enim eodem die, feria secunda Horis 3. 42. post mediam noctem Rhemis in Gallijs. Digiti Eclipt. 19. 6. apud Calvisium.

Incidit etiam Eclipsis ☽ quæ facta est 6. Augusti, fuitque solito major, cœpitque initio noctis. Eaque ita invenitur: accidit enim eodem die, fer. 4. hor. 8. 23′ post merid. Rhemis in Gall. Digiti Ecliptici 17. 6. (ejus cujus mentio facta supra Anno 979.) Atque ita binæ Eclipses maximæ, uno anno fuerunt, quod raro accidit. Ibidem.

Annus Christi 1098.

Eclipsis ☉ annotatur in historia Augustana, quæ facta sit hoc anno die 25. Decemb. fer. 7. in merid. Eaque etiam hoc anno ita invenitur. Visa enim fuit 42′. ante merid. Digiti Ecliptici 10. 0. ferè, apud Calvisium.

Annus Christi 1099.

Eclipsis ☽ annotatur in Chronico Casinensi, eo anno quo Urbanus mortuus est, quæ acciderit Cal. Julij, cum Luna orietur: Sed mendum est, accidit enim Nonis Iunij fer. 1. Hor. 6. 28. post meridiem, oriente Luna. Digiti Ecliptici 16. 40. apud Calvis.

Annus Christi 1110.

Eclipsis ☾ annotatur à Parisiensi, quæ acciderit hoc anno ad primum Gallorum cantum. Ea invenitur 5. Maij fer. 5. horis 10. post meridiem. Londini in Anglia. Digiti Ecliptici 20. 22. apud Calvisium.

Annus Christi 1113.

Eclipsis ☉ indicatur, quæ visa sit in Palæstina à Wilhelmo Tyrio, quæ invenitur 19. Martij feria 4. Hora una post Solis exortum Hierosolymis. Digiti Eclipt. 9. 38 apud Calvis.

Eodem anno Solis Eclipsis 4. Nonas Augusti hora diei 7. feria 6. maxima apud Dodechinum, Sigebertum, & Keplerum in Astronom. Opt. pag. 295. qui ait fuisse totalem, & meritò, erat enim, tunc Anomalia Solis Gr. 79 Lunæ 163 & diameter Solis 31′. 40″. Lunæ 33′. 18″. Ricciol.

Annus Christi 1114.

Eclipsis Luuæ annotatur à Parisiensi, quæ invenitur 18. Augusti fer. 3. horis fere tribus post mediam noctem, Londini in Anglia. Digiti Ecliptici 18. 19. apud Calvisium.

Annus Christi 1115.

Offert se ad hunc annum apud Bullialdum, ex Tabulis Persicis deprompta, Tabella continens Longitudines, & Latitudines Stellarum insigniorum XXV.

Nomina Stellarum	Nostræ Appellationes.	Longit. G.	Latit. G.	Magn.
Αὖλαξ Sulcus.	Ultima Eridani	15 10′ ♈ leg.	13 20′ M 53 20	1.
Χεὶρ βεβαμμένη. Manus tincta.	Lucida Cathed. Cassiopeæ.	22 50 ♈	51 40 B	3
Κεφαλὴ ἵππυ Caput Equi	Assequi non potui quæ nam sit.	14 40 ♈	43 0 B	2
Πλευρὰ περσάοις.	Latus dexter Persei.	19 50 ♉	30 0 B	2
Ομμα Βοός.	Oculus Tauri	27 0 ♉	5 0 M	1
Ποὺς Διδύμων.	Sinister. pes Orionis; nequit esse alia: Orion ergo apud Persas Geminorum nactus est appellationem.	4 50 ♊	31 30 M	1
Αἴουξ,	Capella	10 0 ♊	22 30 B	1
Ὦμος Διδύμων.	Humerus dexter Orion.	17 0 ♊	17 0 M	1
Σοάιλ Ιαμανῆ.	Canobus	2 10 ♊	75 0 M	1
	Legendum	2 10 ♋	39 10 M	1
Σιαὴρ Ἰαμανῆ	Sirius Canis major.	2 40 ♋	39 10 M	1
Σιαὴρ σιαμή	Procyon Canis minor.	14 10 ♋	16 0 M	1
Καρδία λέοντος	Cor Leonis	17 30 ♌	0 10 B	1
Μικρὸς Κονταράτος.	Spica ♍ correctè	11 40 ♎	2 0 M	1
Κονταρᾶτος	Arcturus	12 0 ♎	31 10 M	1
Ποὺς Κένταυρος.	In summo pede anteriori dextro Centauri	23 20 ♎	41 10 M	2
Πινάκιν κεκλασμένον Discus parvus confractus.	Lucida Coronæ Boreæ.	29 40 ♎	44 30 B	2
Καρδία σκορπίυ	Cor Scorpij Antares.	27 40 ♏	4 0 M	2
Γὺψ καθήμενος sed legend. καθείμενος Vultur demissus seu cadens.	Lucida Lyræ.	2 20 ♑	62 0 B	1
Γὺψ πετόμενος Vultur volans.	Lucid. Aquilæ	18 50 ♑	29 10 B	2
Στόμα ἰχθυός μέσου	Os Piscis Notij.	22 0 ♒	23 0 M	2
Ουρὰ ὄρνιθος.	Cauda Gallinæ. Cauda Cygni.	24 10 ♒	60 0 B	2
Ομφαλὸς ἵππυ	Prima alæ Pegasi.	11 40 ♓	19 40 B	2
Ουρὰ τῦ Καίτυ	Cauda Ceti	19 20 ♓	19 40 B corrupt.	1
Πήγασος	Ultima alæ Pegasi.	27 10 ♓	12 30 B	2
Ομος ἵππυ	In dextro Humero, Eductio, Cruris Pegasi.	17 10 ♓	31 0 B	2

Constructa est ad initium anni 509. Arabum, nempe ab Hegira. *Moventur spatio 68. horum annorum per unum Gradum.*

Porro Annus *Arabicus* 509. ab *Hegira* incipit anno Christi 1115. Maij 27. feria quinta. Apud Bullialdum in Tractatu ad finem Tabul Philolaicarum.

Annus Christi 1117.

Eclipsis ☾ annotatur mense Junio. Ea invenitur 16. Jun. fer. 7. post mediam noctem 49′ Coloniæ. Digiti Ecliptici 15. 3. Apud Calvisium.

Altera ☾ Eclipsis annotatur à Historicis, quæ facta sit 11. Decemb. Fer. 3. & eodem tempore etiam, invenitur Hora ferè integra post mediam noctem Coloniæ. Digit Eclipt. 19 ferè. Ibid.

Annus Christi 1121.

Eclipsis ☾ annotatur à Cosma Pragensi, quæ acciderit nocte, qua fuit Judaicum Phase. Ea invenitur. 4. Aprilis Fer. 2 Hor 9. 42′. post merid Digit. Eclipt. 20 22. fere. Apud Calvisium.

Annus Christi 1124.

Eclipsis Solis ab Anglicis Scriptoribus annotatur, quæ acciderit 17. Augusti inter horam 5. & 6. diei. Ea invenitur eodem die, cujus medium Londini fuit integra ferè hora ante merid. Digit. Eclipt. 7. 1. apud Calvisium.

Annus Christi 1133.

Eclipsis Solis annotatur ab Historicis, quæ in Flandria acciderit 2. Aug. fer 4. in meridie, & tanta fuit, ut Stellæ videri potuerint. Accidit Brugis in Flandria 41′. ante horam 12. in meridie. Digiti Eclip. 11. apud Calvisium.

Annus Christi 1135.

Matthæus Parisiensis dicit, cum Henricus Rex moreretur, *Lunam nunquam comparuisse*; quibus verbis procul dubio Eclipsin Lunæ totalem indicat. Ea accidit 22. Decembris feria 1. Hor. 8. 11′. post med. noct. eo ipso die, quando Stephanus coronabatur. Initium Eclipsis fuit Hor. 6. 38. post med noct. Tota Luna obscurata est post horam 7. & 19′. Londini. Apud Calvisium.

Annus Christi 1140.

Eclipsis Solis annotata à multis Historicis, accidit hoc anno 20. Martij feria 4. Horâ post merid. primâ & min. 47. 42. Londini in Anglia. Digiti Ecliptici 11. 38. Apud Calvisium.

Annus Christi 1147.

Eclipsis Solis annotatur hoc anno post abitum Conradi in Palæstinam, quæ acciderit 26. Octob. fer. 1. horâ 4. diei. Accidit eodem die Horâ unâ & min. 40 50 ante merid. Digiti Ecliptici 11. 41. Apud Calvisium.

Annus Christi 1149.

Lunæ Eclipses tres apud Ubonem Emmium ; una Anno 1149. XI. Calend Apr. pridie Domin. Palm. circa horam 9. noctis; altera Anno 1155. XI. Calend Jun. & tertia eod. anno Dom ante Natal Chr. Ricciol

Annus Christi 1150.

Eclipsis ☾ annotatur, quæ accidit Hora nonâ noctis in Quadragesimâ, quæ invenitur 15. Martij feria 4. hor. 3. post med. noct. atque ita hora nona noctis, Dig. Eclipt. 21. 0. fere. apud Calvis.

Annus Christi 1135.

Eclipsis ☉ annotatur, ab historicis, & à quibusdam alijs obscurè, quando dicunt, *mirabile quid accidisse in Sole postridie conversionis Divi Pauli*. Sed fuit Eclipsis Solis, quæ accidit die 26. Januarij, hora una & min. 50. ante meridiem Digiti Eclipt. 9 34. Apud Calvis.

Annus Christi 1154.

Eclipsis Lunæ indicatur, quæ acciderit feria prima mane: ea invenitur 27. Iunij fer. 1. Horis post mediam noctem 3. 20. Digit. Eclipt. 16. 17. apud Calvis.

Annus Christi 1161.

Eclipsis Lunæ annotatur à Lycosthene, quæ accidit mense Augusto, quæque præcesserit mortem Reginæ Galliæ, Alphonsi Regis in Hispania filiæ. Ea invenitur die 7. Augusti, fer. 2. Hor. 7. 27. post merid. Oriente Luna. Digiti Eclipt 19, 57. ferè. Apud Calvis.

Annus Christi 1172.

Eclipsis Lunæ annotatur ab historicis hac hyeme, quæ duraverit horis 4. Ea invenitur die 13. Ianuarij feriâ 5. ineunte, hora una & 24. minutis post mediam noctem Coloniæ. Cæpit media duodecimâ duravitque usque post horam tertiam matutinam. Digiti Eclipt. 19. 53 apud Calvis.

Annus Christi 1177. & 1179.

Solis Eclipses Anno 1177. Idib. Sept. hor. 6. apud Lycosthenem; & Anno 1179. Septembri apud Emmium cum Eclipsi Lunæ 15. Calend. Septembr. hora noctis 8 ½ apud Lycosthenem. Ricciolus.

Annus Christi 1178.

Eclipsis Lunæ annotatur à Monacho Coloniensi quæ acciderit die 5. Martij hora noctis 1. feria 1. ubi *per unius horæ spatium, dimidium ejus obscuratum fuit alterum verò fulgidum permansit*. Hæc Eclipsis ita invenitur eodem die. Digiti Ecliptici 7. 52. Apud Calvisium.

Eclipsis Solis annotatur in Chron. Belgico hoc anno quæ acciderit die 13. Septembr. fer. 4. Quæ etiam ita invenitur. Digit. Eclipt. 10. 51. Ibid.

Annus Christi 1179.

Eclipsis Lunæ paulò pòst Comitia accidit die 19. Augusti. quæ duravit à media nocte fere usque ad orientem Solem. Eodem etiam, die invenitur quod acciderit Coloniæ horis 2 28′. ideo paulò pòst mediam noctem cœpit. Digiti Ecliptici 21. 26′ Apud Calvisium.

Annus Christi 1180.

Eclipsis ☉ indicatur hoc anno die 28. Ianuarij, quæ eodem die fer. 2. etiam accidit, sed hora fere 4. post merid. Digiti Eclip. 11 26, apud Calvis.

Annus Christi 1181.

Solis Eclipsis Idib. Iulij, apud Sigebertum, obiit Alexander III. & Ludovicus Crassus R. Franciæ.

Annus Christi 1185.

Eclipsis Solis annotatur in Annalibus Francicis, quæ acciderit, ipsis Calend. Maij Ea invenitur ibidem Rhemis in Gallia Hor. 1. 53 post meridiem feria 4. Dig. Eclip. 9. ferè. In Anglia scribitur fuisse totalis, & verum est, præsertim in Scotia. Apud Calvis.

Annus Christi 1186.

Eclipsis Lunæ annotatur in Vigilia Passionis Dominicæ, sive Vespera Palmarum à Monacho Coloniensi, quæ fuerit partialis Ea invenitur Hor. 6. post merid. Coloniæ, Digiti Eclipt. 20. Unde videre est fuisse totalem, & cum mora, sed Monacho visa est partialis, quia Luna orta fuit, cum Eclipsis decresceret, & Lumen à Luna recuperaretur. Apud Calvisium.

Eclipsis etiam Solis fuit, quam annotant Arabes, anno Hegiræ 582. sed ea tantum quatuor digitorum fuit hora prima diei 28. Aprilis, minutis 9. post hor. 5. à media nocte Francofurti. Ideo autem annotata est, quod præcederet conjunctionem omnium Planetarum. Quæ facta hoc anno mense Septembri cum præcessisset etiam Eclipsis Lunæ 5. April. Mars & Saturnus conjunguntur die 7. Septemb hora 8. horoscopante Sagittario. Iupiter Saturno jungitur die 18. Octob. fer. 6. etiam Capricorno horosc. Omnium conjunctio fit die 16. Sept. fer. 3. horâ primâ. Sole Oriente, ubi Sol in 30. Virg. Iupiter in 2. 3. Libræ. Venus 3. 49. Saturnus 8 6 Mercurius 4. 10 Mars 9. 18. Cauda Draconis 18. 23. Libræ Pars fortunæ 19. ita annotat hæc Rogerius Anglus. Richardus vero Gallus dicit Arabes ex Hispania scripsisse, hanc conjunctionem fieri anno Iudaico 4946. die 29. Elul. Die Dominica, quæ est dies 14. Septemb. ubi Luna cum Sole etiam conjungitur. Apud Calvis.

Annus Christi 1187.

Solis Eclipsis 4. Septemb. adeô magna, ut Stellæ per diem visæ narrentur tanquam in nocte; captus est Balduinus à Saladino, & nostri amisêre Hierosolymam. Lycosthenes in Chron. & Keplerus in Astron. Opt. pag. 295. qui eam totalem ob Lunam in Perigeo, factam ait, Anno illo aureus num: fuit 10. & Epacta 19, quare ♂ non potuit esse. 4. Calend. Sept. ut habet Lycosthenes, sed 4. Sept. Ricciolus.

Annus Christi 1189.

Richard. Scriptor Gallus ut & Chron. Belg. meminit Eclipsis Lunaris, quæ acciderit 2. Feb Hor. 4. noctis. Ea ita invenitur, sed fuit tantum digitorum 9. Apud Calvisium.

Annus Christi 1191.

Eclipsis ☉ annotatur à Scriptoribus Anglis in Vigilia Ioannis Baptistæ 23. Iunij fer. 1. Eaque sic invenitur hoc die 20′. post merid. Digiti Eclipt. 11. 32. Apud Calvisium.

Annus Christi 1192.

Eclipsis Lunæ annotata à Richardo Gallo, quæ acciderit die 20 Novemb. hora noctis 8. ubi duæ partes observatæ fuerint. Ea invenitur nocte, quæ secuta est diem 20. Novemb. horis duabus post mediam noctem, incipiente feria septima. Digiti Ecliptici fere sex. Apud Calvisium.

Annus Christi 1193.

Eclipsis ☽ totalis 10. Novemb. hora prima noctis. ita annotatur à Richardo Gallo, Invenitur etiam ita, Digiti Ecliptici 19. 54. Fuit in Gallijs post merid. Hor. 5. 27. Apud Calvisium.

Annus Christi 1197.

Solis Eclipsis pridie Non. Septemb tanta, ut stellæ apparuerint; de qua Gregorius Tholosas, lib. 21. de Rep. cap. 27 Ricciolus.

Annus Christi 1204.

Eclipsis Lunæ post Constantinopolim captam annotatur, quæ acciderit 16. April. Ea ita invenitur. Fuit feria 6. post mediam noctem 39′. in Anglia. Digiti Eclipt. 20. 39. Apud Calvis.

Annus Christi 1207.

Eclipsis Solis annotatur plurimis Historicis 28. Feb. sed malè vel in præcedentem, vel in sequentem annum refertur. Hoc enim anno accidit 28. Februarij feria 4. Hora una & 10. min. 22. ante merid. Rhemis in Gallia. Digiti Ecliptici 10. 20. Apud Calvisium.

Annus Christi 1208.

Eclipsis Lunæ annotatur à Parisiensi, quæ acciderit in Febr. Hora prima noctis. Ea invenitur die 3 Febr. Horis 5. 10′. post merid paulò post ortum Lunæ, & Luna tota observata exorta est. Digit. Eclipt. 20′. 8. apud Calvis.

Annus Christi 1215.

Cometa illuxit mense Martio, & 17. Martij secuta est Eclipsis Lunæ, quæ cæpit, ut Richardus habet, à galli cantu, & duravit usque ad Solis exortum. Fuit feria 3. cæpit paulò ante secundam post mediam noctem: Medium Eclipsis Coloniæ incidit in horam 3. 35 Digiti Eclipt. 21. 3. apud Calvis.

Annus Christi 1230.

Eclipsis Solis annotatur à Parisiensi matutino tempore die 14. Maij feria 3. ante Rogationes, qua nox intendi visa est & prolongari. Ea invenitur accidisse eodem die, sed medium visum invenitur (ad Tabulas unde facta computatio) per quadrantem horæ ante Solis exortum Digiti Eclipt. 12. 24. apud Calvis.

Annus Christi 1232.

Eclipsis ☉ à Monacho Coloniensi annotata est in Meridie, sed parva, & non multum notabilis, ut loquitur. Ea invenitur 15. Octobris fer. 6. minutis 4. 29. post merid. Rhemis in Gallia. Digit. Eclipt. 4 25. apud Calvis.

Annus Christi 1239.

Solis Eclipsis 3. Non. Iunij, de qua Gassendus in Vita Claudij Fabritij Peireskij. Ricciolus.

Eclipsis Solis annotatur à Scriptoribus Gallicis, quæ acciderit hoc anno die 3. Iunij fer. 6. Eaque etiam eodem die invenitur. Accidit enim Rhemis minutis 26. 24. ante merid. Dig. Ecl 9. 25. Alia præterea Eclipsis Solis innuitur quod facta sit 15. Iulij. Sed hoc naturaliter fieri non potuit. Apud Calvis.

Annus Christi 1241.

Eclipsis Solis annotatur ab Abbate Stadensi, quæ acciderit die 6 Octobr. feria prima in meridie modicum Stellis apparentibus, & Sole à nostris visibus occultato, cælo sereno. Ea ita invenitur ac-

accidisse post meridiem minutis 13. 2. diei 6. Octob. Digit. Eclip. 11. 0. apud Calvisium.

Annus Christi 1245.

Circa Ascensionem Domini die 25. Maij orta est versus meridiem quasi in Capricorno stella quadam, ad instar Luciferi magna, clara sed rubea, & quasi unus Planetarum, certum singulis diebus ortum tenuit & occasum. Et quia rubea fuit, Martem fuisse plurimi autumabant. Iupiter non fuit, quia circa quinque annos manifestè visus jam circa Virginem vagabatur. Multi dixère, quod ab ipsis, licet assiduam circa astra considerationem habuerint, nunquam, quod meminerint antea visa fuerit. Illa stella post diem Iacobi S. Apostoli ulterius adeo lucida visa non est, sed die in diem tam magnitudinem perdidit, quam claritatem. Abbas Stad, apud Calvisium:

Annus Christi 1248.

Eclipsis Lunæ annotatur à Parisiensi, quæ acciderit paulò post occasum solis die 7. Iunij fer. 1. Eaque ita invenitur. Accidit enim Londini horis 8. 49. post merid. Digit. Ecl. 15 52. Apud Calvisium.

Annus Christi 1252.

Hoc anno editæ sunt Alphonsi Regis tabulæ, concinnante Rabi Isaac Hazar, cantore Toletano. Eas deinde correctiores dedit, idem Rex quadriennio post, hoc est Anno 1256. hortatu Abrahim, qui Albategnij observata Regi doctissimo, obtulerat. Cæterum quoniam priores tabulæ plenæ sunt, Iudæorum delirijs. Albategnij a. observata & superstructas ijs Tabulas persicas, priores anni 879. & 1079. dederunt, ijs hic longius immorari nihil attinet. *Vide hoc de Argumento. Aug. Riccium in tr. de motu octavæ sphæræ, & ex ejus Autoritate Erasm. Reinholdum in scholijs, ad Theor. Georgij Purbachij.*

Annus Christi 1255.

Eclipsis Lunæ annotatur à Parisiensi die 30. Iulij feria tertia. Ea invenitur Londini accidisse horis 9. 47 post merid. Digit. Eclip. 19. 25. Apud Calvisium.

Annus Christi 1257.

Eclipsis Lunæ annotatur in Chronico Augustano, quæ acciderit 18. Maij. Ea etiam ita invenitur. Fuit feria 7. & accidit hor. 11. 6. 56. post merid. Francoforti. Digiti Ecliptici 14. 38. Apud Calvisium.

Annus Christi 1259.

Theodorus Lascaris Ioannis (Ducæ) filius patrem excepit, annos natus 33. qui quarto anno Imperij Christi 1259. moritur. Ita Petavius in Rationa: Temporum par. 1. lib. 9. Jam verò ut est apud Calvisium Eclipsis solis in obitu Lascaris post triennium indicatur in Pachimerij fragmentis, in qua Sol per horam obscuratus fuit, adeò ut tenebræ operirent omnia, & stellæ in cœlo apparerent.

Annus Christi 1263.

Eclipsis ☉ annotatur in Annalibus Suevicis, quæ fuerit magna, & acciderit 5. Aug. post merid. quæ etiam ita invenitur, fuit fer. 1. accidit hor. 3. 24. 15. post merid. Digit. Eclip. 11. 17. apud Calvisium.

Annus Christi 1267.

Eclipsis Solis annotatur à Nicephoro Gregora, quæ acciderit die 25. Maij ante meridiem. Sed addit eam factam cum Sol esset in 4° ♊ cum tamen in 10° fuerit. Fuit fer. 4. accidit Hor. 11. min. 9 21. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 11. 52. apud Calvisium.

Annus Christi 1272.

Gerardus Mercator invenit Eclipsin ☽ annotatam hoc anno, quæ acciderit 10. Augusti. Eaque ita invenitur accidisse, eodem die feria 4. Horis 7. 12. 34. post merid. Digiti Ecliptici 7. 34. Apud Calvisium.

Annus Christi 1274.

Eclipsis Lunæ novem digitorum invenitur annotata hoc anno in vetusto libro à Gerardo Mercatore invento, ea facta est, die 23. Ianuarij feria 3. hora unâ & minutis 21. ante mediam noctem. Digiti Ecliptici 9. 25. Apud Calvisium.

Annus Christi 1279.

Eclipsis hoc anno annotata invenitur teste Mercatore, quæ acciderit 12. die April. feria 4. paulò antè occasum Solis. Quæ eodem die invenitur. Digit. Eclip. 10. 6. Fuit Francoforti post merid. horis 6. 55. Apud Calvisium.

Annus Christi 1290.

Eclipsis Solis magna annotatur à Spangenbergio, quæ invenitur 5. Septemb. fer. 3. horis 7. 37. 7. post mediam noctem Vitebergæ. Digit. Eclipt. 10. 30. Apud Calvisium.

Petrum de Aliaco dicit Rheinholdus (in Theor. de motu octavæ Sphæræ) narrare, quod anno Domini 1290. die 13. Martij, Solis ingressus in ♈ observatus sit 16. horis post, quam Calculus Alphonsinus fieri ostentabat. Fuit autem æquinoctium juxta hunc calculum die 12. Marti, Hor. $8\frac{1}{2}$ p. m ferè. Ergo Æquinoctium fuit observatum die 13. paulò pòst horam 12 Meridiei. Apud Mœstlinum in MS.

Anno Christi 1290. Martij 13 horis 16. post meridiem, Sol inventus est arietem intrare. Nicol. de Cusa apud Bulliald. Responderi potest, quod Tabulæ Alphonsi non sunt punctualiter veræ, quoad introitum in arietem; Imo experientiâ compertum est, quasi in XIII. horis eas deviare, ita quod, ut Magister Henricus Batem refert in libello erroris tabularum Alphonsi tunc experientia docuit 1490. (est error, cum Nic. de Cusa mortuus sit anno 1464.) & post hoc multis annis in XII. & ultra horis easdem errare. Nicol de Cusa apud Bull. Qui postea scribit: Alphonsinus itaque calculus ostendit in meridiano Frisico, æquinoctium vernum anno 1290. Martij die 12. H. 7. 56. post merid. At observatum est

die 13. horis à meridie 16. ut ait Nicolaus Cardinalis de Cusa; quod tempus debet intelligi de horis currentibus à meridie diei 12. & debet accipi dies XIII. more Romano, horæ vero computantur astronomico more à meridie præcedente. Fuerit igitur astronomico more, æquinoctium observatum Martij die 12. H. 16. à meridie; aliàs inter locum solis ab Alphonso supputatum & observatum, differentia intercederet diei unius horarum 8. quod repugnat illis quæ Henricus Batem postea observavit. Notandum præterea Reinholdum, & ante ipsum Petrum Cardinalem de Alliaco erravisse, cùm scribunt, animadversum esse ingressum solis in arietem horis 16 postquam calculus Alphonsinus fieri ostendebat, nam ex verbis Nicolai de Cusa horæ illæ 16. accipiuntur à meridie ut constat ex loco citato. Bullialdus in Astron. lib. 2. cap. 3.

Annus Christi 1303.

Hoc anno compererunt Prophatius Judæus, & alij quidam Observatores Solis ingressum in ♈ die 14. Martij Hora 8. post medium noctis. Nic. de Cusa apud Mœstl. in MS.

In annotatione æquinoctij Prophatij Iudæi per errorem adscriptus est dies Martij 14. reclamat quippe præcedens, & refragantur posteriores observationes, scribendum Martij die 13. H. 8. post mediam noctem, id est Martij 12. H. 20. post meridiem. Bullialdus in Astron. lib. 2. cap. 3.

Annus Christi 1307.

Eclipsis ☉ 3. Idus Febr. quam secuta est Lunæ Eclipsis 4. Calen. Martij & iterum 12. Cal. Sept. fugatique sunt nostri à Saracenis ex Rhodo. Apud Ricciolum.

Annus Christi 1310.

Eclipsis Solis annotatur à Spangenbergio die 31. Ianuarij. Sed malè ab ipso & alijs ponitur in præcedentem annum. Digiti Eclipt. 10. 10. Fuit 31. Ianuarij feriâ 7. horis 2. 2. 30. post merid. Vitebergæ. Apud Calvisium.

Annus Christi 1312.

Platina meminit Eclipsis Solaris, quæ secuta sit Coronationem Henrici. Ea accidit die 5. post Coronationem 5. Iulij horis 7 47. post mediam noctem. Digiti Eclipticí 3. 23. Apud Calvisium.

Annus Christi 1321.

Eclipsis Solis annotatur in historia Bohemica, quæ acciderit die 26. Iunij, ab hora 1. usque ad tertiam, ut est horologium Bohemicum. Eaque ita invenitur. Fuit fer. 6. & fecta est Horis 6. 1. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 0. 17. Apud Calvisium.

Annus Christi 1324.

Eclipsis Solis indicatur in historia Bohemica, quæ facta sit 24. Aprilis oriente Sole. Eaque sic invenitur. Fuit feria 3. accidit. Hora 4. 35. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 8. 8. Apud Calvisium.

Annus Christi 1327.

Nicephorus Gregoras annotat Eclipsin Lunæ totalem die 1. Septemb. quæ acciderit paulò ante Solis exortum. Ea accidit, ut nos putamus Constantinopoli die 2. Sept. fer. 4. Hor. 6. 26. post mediam noctem ita ut ejus initium tantum ibi videri potuerit. Digiti Ecliptici 18. 47. In hisce Regionibus, & potissimum in Hispania tota videri potuit. Ita habetur apud Calvisium.

Annus Christi 1328.

Eclipsis Lunæ annotatur à Nicephoro Gregora primo vere, quæ non totalis fuerit, sed decem punctorum; ea accidit Constantinopoli hora 1. 47. post mediam noctem, die 25. Febr. fer. 6. Digiti fere undecim. Apud Calvisium.

Annus Christi 1330.

Eclipsis Solis annotatur in Chronico Boëmiæ, quæ acciderit die 16 Iulij horâ diei octavâ, *quæ tanta fuit ut vix remaneret in Sole spatium, quasi Lunæ trium noctium.* Eaque ita invenitur. Fuit fer. 2. accidit horis 4. 5. post merid. Digiti Eclipt. 10. 43. Apud Calvisium.

Annus Christi 1331.

Eclipsis Solis annotatur à Nicephoro Gregora, & Historia Boëmica, die Andreæ, sive 30. Novemb. Eaque ita invenitur Accidit feriâ 7. post mediam noctem. Hor. 8. 26′ Digit. Ecl. 7. 41. Apud Calvisium.

Eclipsis ☽ annotatur ibidem, quæ acciderit 15. Decemb. fer. 1. horis 6. post mediam noctem. Apud eundem.

Annus Christi 1333.

Eclipsis ☉ annotatur in Historia Bohemica, quæ acciderit 14. Martij fer. 6. post meridiem. Invenitur, quod facta sit horis 3. post merid. Vitebergæ Digiti Ecliptici 10. 10. Apud Calvisium.

Annus Christi 1338.

Eclipsis Lunæ annotata à Nicephoro Gregora, fit die 5. Febr. fer. 5. horis 4. 18. post merid. atque ita 50′ ferè ante Lunæ ortum, *sed cum oriretur, adhuc ferè tota obscurata fuit, atque ita notabilior & terribilior.* Apud Calvisium.

Annus Christi 1339.

Eclipsis ☉ annotatur à Trith. & alijs die Kiliani 8. Iulij. Eaque sic invenitur. Facta est enim eodem die Hor. 3. 35. 14. post merid. Dig. Eclip. 10. 53. Apud Calvisium.

Annus Christi 1346. & 1347.

Lunæ tres Eclipses, ex Notis ad Ptolomæum in Græco Manuscripto Serenissimi Magni Ducis Etruriæ apud Vincentium Reinerium. Prima Anno Alexandri M. 1665. die 13. Athyr seq. 14. Hor. 2. 24′ post med. noctem Thessalonicæ. Secunda Anno 1666.

Ale-

Alexandri Athyr. 2. seq. 3. Hor. 3. 5′ post med. noct. Thessalonicæ. Tertia eodem Anno Pharmuthi 30. noct. seq. Hor. 1. 47′ post mediam noct. Ibidem Ricciolus.

Annus Christi 1349.

Eclipsis Lunæ nocte; quæ commemorationem S. Pauli secuta est, mediâ nocte paucis diebus, post obitum Guntheri annotata est. Ea accidit incipiente primo Iulij, 20′ post mediam noctem. Digiti Ecliptici 20. 49. Apud Calvisium.

Annus Christi 1354.

Eclipsis ☉ in Chron. Belg. annotatur, cum Carolus in Italiam proficisceretur. Ea accidit 17. Sept. fer. 4. Hor. 8. 45. 9. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 8. 43. Apud Calvisium.

Annus Christi 1361.

Amurates ex Hadrianopoli vicinas regiones vastat eo anno; quando ingens Solis defectio fuit, ut stellæ conspicerentur. Eclipsis illa cujus meminit Autor Analium, accidit 5. Maij fer. 4. horis 10. minutis 14. 32. post mediam noctem Constantinopoli. Digiti Ecliptici 8. 54. Apud Calvisium.

Annus Christi 1364.

Catalogus Forcalquierensis reponit locum Cordis ♌ verificatum Anno Christi 1364. in ♌ gr. 20. 40. Bullialdus in Astron. lib. 5. cap. 3.

Annus Christi 1387.

Solis Eclipsis magna 9. Decemb. apud Bonfinium libro 9. Decadis 2. Historiæ Hungaricæ. Ricciolus.

Annus Christi 1406.

Eclipsis Lunæ annnotatur in Chronico Belg. die prima Iunij. Ea facta est nocte, quæ secuta est diem primum Iunij hora prima post mediam noctem fer. 4. ineunte. Digiti Ecliptici. 10. 31. Apud Calvisium.

Eodem loco annotatur etiam Eclipsis Solis tanta, *ut alter alterum vix dignoscere potuerit*, quæ facta est die 16. Iunij fer. 4. hor. 6. & unico minuto post mediam noctem, Digiti Ecliptici 11. 38. Ibid.

Annus Christi 1415.

Solis Eclipsis die 7. Iunij fer. 6. post festum Corporis Christi in medio Bohemiæ horrenda, adeò, ut aves subitâ caligine territæ deciderent; de quâ ex Historico Polono, Leovitio & Lycosthene, Rheinoldus in Theor. Purb. dicens visam Constantiæ H. 6. matutinâ; hoc est ut computat Lansbergius H. 6. 5′ post med. noctem, & Gassendus narrans observatam Aquis sextijs H. 7. post med. noct. & Keplerus in Astron. Opt. dicens fuisse totalem, ob Lunam perigæam, quod calculo confirmat in Rudolphinis præc. 169. addens H. 6. 43′ post med. noct. Pragæ. Meæ Tabulæ dant Solis diametrum tunc 30′ 50″ & Lunæ 33′ 28″ in Anom. Solis 351° & Lunæ 176°, Inquit Ricciolus.

Annus Christi 1424.

Eclipsis Solis annotatur hoc anno, quæ facta sit mense Iunio. Accidit ea 26. Iunij fer. 2. Hor. 3. 57′ ferè, post meridiem Vitebergæ. Digiti Ecliptici 11. 20. Apud Calvisium.

Annus Christi 1433.

Quodam die Mercurij dicunt Annales Turcici, *sub Vesperam adeo Lumen Solis* defecit, ut tenebræ terram occuparent. Hæc Eclipsis facta est die 17. Iunij feria 4. Et Vitebergæ quidem post merid. Hor. 4. min. 5. 54. Constantinopoli verò post horam 5. Digiti Ecliptici 12. 8. Apud Calvisium.

Annus Christi 1438.

Eduardus Rex Portugalliæ, cum regnasset annis 5. moritur die 19. Septemb. fer. 6. quando simul incidebat Eclipsis Solis. Ea invenitur eodem die, post mediam noctem horis 9 excepto minuto unico cum 15. secundis. Digiti Ecliptici 8. 7. Apud Calvisium.

Annus Christi 1448.

Eclipsis Solis à Trith. & Platina annotatur hoc anno, die 29. Augusti, in meridie. Eaque sic invenitur, quod facta fuerit Tubingæ hor. 10. & min. 23. 3. post mediam noctem. Digiti Ecliptici 8. 53. Apud Calvisium.

CLASSIS V.

OBSERVATIONES NORICÆ.

Captâ à Turcis *Constantinopoli*, cum bonæ litteræ ex Græcia in *Italiam* receptum habuissent, *Ioannes Müllerus*, quem à patria *Franconem*, & *Regiomontanum* appellant, in disciplinam *Georgij Purbachij Viennensis*, *Mathematum Professoris*, sub idem tempus concessit.

Ab eo leviter, primis *Sphæræ* & *Astronomiæ* fundamentis imbutus, cnm ex umbra Scholastica, ad inspectandum Cælum educeretur, facilè animad-

madvertit, quantùm eæ, quæ tum in manibus erant *Tabulæ* ab eo dissiderent.

Credebatur malo Medicinâ fieri posse, *si Ptolomæi Syntaxis* ex *Arabico* infeliciter traducta suæ fidei redderetur.

Eam rem *Purbachius*, hortatu *Bessarionis Cardinalis*, in se recepit, sed is labor, primùm Græci sermonis ignorantiâ, deinde Purbachij morte abruptus est. Igitur ejusdem *Bessarionis* voluntare, eam in se operam *Regiomontanus* recepit, mox eodem Bessarione ducente in *Italiam*, atque Doctorum virorum familiaritatem, & admirationem venit, & parato illic Græcorum Authorum ingenti thesauro, non multò pòst in *Germaniam* reversus, cùm propter Doctrinam à *Magnis Principibus* passim invitaretur, *Norimbergam* elegit, ut eos, quos per Italiam comparaverat libros publicæ luci redderet, & à *Principum* concertationibus longissimè abesset.

Non omissa est interim cura, rerum Cælestium, & observationes, quæ jam tum Norimbergæ Typis editæ sunt, ac deinde à Willbrodo Schnellio recusæ, hîc quoque ejus fide redduntur. Cætera quæ homini doctissimo *universa Mathesis* debet, persequi non est hujus loci, quæ pleraque à *Petro Gassendo* in ejus vitâ diligenter adnotata sunt.

Cæterum *Ioannes Regiomontanus* à *Sixto IV. Summo Pontifice*, *Romam* ad corrigendum Calendarium *evocatus*, & *designatus Episcopus Ratisbonensis* non diu superfuit, veneno sublatus ab hæredibus Trapezuntij, cui de *Theonis, & Ptolomæi Commentarijs* multa perperam traducta objecerat.

Porro ne Cæli siderúmque animadversiones omnino perirent, fecit discipulorum *Regiomontani*, industria, W*erneri. Schoneri*, & *Bernardi* W*alteri*, cujus observata pertinent præcipuè: usque ad Annum 1504.

Annus Christi 1457.

MagisterGeorgius, Purbachius, & Ioannes de Monte-Regio observaverunt in Mellico Austriæ apud Viennam, Anno Domini 1457. Eclipsim Lunæ universalem in oppositione vera Septembris, scilicet die tertio mensis, post occasum Solis. Habuit autem in principio moræ penultima ex pleiadibus altitudinem antemeridianam 22. graduum, & ☉ secundùm numerationem fuit in 48. min. 20°. Virginis. In fine autem moræ, altitudo ejusdem stellæ 36°, Hæc consideratio fuit in Mellico castello Austriæ, quod à Vienna distat undecim milliaribus Alemannicis, versus occidentem. Ex his duabus altitudinibus pronuntiatur, principium moræ, sive totalis obscurationis Hor. 10. 24 post merid. Finis moræ, sive initium emersionis Hor. 11. 49′ post merid. Atque hinc tempus verissimæ oppositionis diebus æquatis Hor. 11. 6. Observat. Regiomont. editæ à Schnelllo.

Annus Christi 1460.

Fuit Eclipsis Lunæ particularis in nocte, quæ sequebatur diem tertiam Iulij, cujus initium erat horâ 7. minutis 16. post merid. completis. Medium autem Hor. 8. 13′ & finis hor 9. minutis 10. transactis; puncta Ecliptica. 2. 56. Hæc per Tabulas ad meridianum Viennæ. Consideranti autem mihi in cœlo hujus Eclipsis medium, videbantur Eclipsati digiti quatuor, & quidam amplius. In fine nurem accepi altitudinem Lunæ visam gradus 15. minut. 18. aderat etiam Georgius Præceptor meus. Vnde pronuntiatur tempus pro fine Eclipsis Hor. 10. 20′ post meridiem cum ex Tab. fuisset Hor. 9. 10′ Observat. Regiom. cit.

Quodam die Veneris primo diluculo Sol adeo Lucem suam amisit, ut omnia tenebris involverentur, ut loquuntur Annales Turc. Eclipsis hæc Solis accidit 18. Iuli, die Veneris Hor. 5. 32′ post mediam noctem. Digiti Ecliptici 11. 19. Apud Calvisium.

Eodem Anno fuit Eclipsis Lunæ Vniversalis, in oppositione vera Luminarium, quæ fuit die 27. Decemb. ubi per considerationem in principio Eclipsis, stella quam vocant Alramech (est Arcturus) habuit altitudinem antemeridianam graduum 7. In principio autem moræ altitudinem 17. & in fine moræ altitudinem 28. grad. In principio Eclipsis fuit Luna per visum in uno circulo magno, transeunte per caput ♊ antecedentis, & lucidiorem Canis minoris. In fine autem super uno circulo transeunte per Caput ♊ sequentis & Ca-

nem minorem. Consideratores fuere Georgius Puerbachius & Joannes de Monteregio in Oppido Viennensi. Jam tempus ex observationibus habitis pronuntiatur pro initio deliquij Hor. 11. 42′. post meridiem, pro initio moræ 47′. post mediam noct pro fine moræ Hor 1. 55′. post mediam noctem. In Observat. Regiom. cit.

Nota. In supputando tempore supposita fuit Declinatio Arcturi 22°. & Ascensio recta 297°. 53′ quæ corrigendæ sunt, inquit Ricciolus, aut ex Tychonicis, aut ex nostris observationibus fixarum.

Annus Christi 1461.

Fuit Eclipsis Lunæ Universalis in oppositione Luminarium, quæ fuit die 22. Iunij (Mercator cit. 22. Julij) habuit autem in principio Moræ Vultur volans (Aquila) altitudinem 26°. Altitudo Lunæ visa tunc 6° 30′ In fine totius Eclipsis altitudo Vulturis 47° 30′. Altitudo Lunæ visa 17°. 30′. In oppido Viennensi Austriæ, consideravit M. Joannes de Monteregio. Fuit igitur verissima oppositio Luminarium una hora min. 21. post medium noctis transactis. Numeratio per Tabulas dat illud, hora una, & min. 20. post medium noctis. Differentia unius minuti.

Eodem Anno die 2. Decembris in initio noctis, vidit Joannes de Monteregio Romæ Martem & Saturnum qui secundum longitudinem Zodiaci censebantur conjuncti, ex numeris Almanach, quod tamen visui non apparuit. Tunc enim consideranti mihi, duæ Stellæ fixæ, quæ sunt in capite ♑ cum Stella Martis æstimabantur in una linea recta. Utraque autem harum Stellarum fixarum in fine 27 gradus ♑ deprehendebatur, si vera est modernorum de motu octavæ Sphæræ positio Saturnus autem tunc habebat 29°. ♑ quemadmodum calculus docebat. Distantia autem inter Saturnum, & Martem æquabat eam quæ inter duas Stellas dictas est, distantiam, quæ quidem duos gradus ferè complectitur. Si itaque locus harum Stellarum duarum fixarum bene comprehensus fuit, itemque locus Saturni, gemino judicio oportuit Martem esse in fine 27. grad. ♑, qui tamen per numerationem in fine 29. quemadmodum Saturnus reperiri debuit. Ecce error in duobus gradibus.

Die 5. Decemb adverte oculos, tunc enim visu videbantur conjuncti: Aspexi hoc die, sed nubes impedimento fuere. Verum in principio noctis 6. Decembris aspiciens, vidi Martem jam præterivisse Saturnum per gradum, & dimidium, distantia enim inter eos erat ferè subsesquialtera ad distantiam, quæ inter duas Stellas capitis ♑ sunt. Luna tunc aspectui videbatur, cum duabus Stellis, quæ in cauda ♑ constituere triangulum æquilaterum.

14. *Decembris* post Solis occasum videbantur mihi Venus & Saturnus conjuncti secundum Longitudinem Zodiaci, aut statim conjungendi, accedente Venere ad Saturnum. Tunc ♀ habebat de ♒ 1 grad. & 51. min. ferè per numeros Alfonsi ♄ verò 0, 24. ♒. Ecce differentiam in 15. min. (oportet alicubi in numeris esse erratum.) Tardior igitur erat ♀ ad aspectum, quàm putabatur per numer. Fuit autem, uterque eorum Meridionalis ab Ecliptica. Venus tamen meridionalior Saturno quantitate Solis geminati secundum æstimationem, hoc est uno gradu, quod & numerus ponebat Alfonsinus.

Initio noctis sequentis diem 17. Decembris Luna oriebatur Eclipsata in 12. digitos diametri suæ. Verum ego vidi duntaxat 8. Finis autem Eclipsis ex computo Alfonsino erat hora una & minutis 56 post Solis occasum transactis. In ipso fine Eclipsis reperi altitudinem Stellæ Alhaioth (est Capella) ante meridianam grad 48. sc. 30 altitudinem autem Stellæ Aldebaran graduum 29. antemeridianam, Solis locus verus secundum computationem 5. 24 ♑

Hæc in urbe Romana, cujus latitudo est graduum 42 min. 2. quamvis alij ponant 41. grad 50′. Sed in proposito accipiam 42. gradus præcisè, ut medius sim inter opinionem aliorum, & considerationem meam. Porro ex observationibus pronuntiatur tempus ad finem Eclipsis H. 0. 54′. post Occasum Solis, cum computus det horæ 1 56′. Differ H. 1. 2′.

Die 24. Decembris videbatur in principio noctis ♂ conjunctus, secundum longitudinem Zodiaci, Stellæ quæ in caudâ ♑ lucidior reperitur, quæ quidem habet 14 grad, & 29′ ♒ Mars autem per numerationem 17. 20. ♒ Vide igitur, nam ♂ in Cælo tardior, quam in libro per 2. 51, Sed de loco Stellæ dubium. In Observat. Regiom. cit.

Annus Christi 1462.

Die 3. Ianuarij Altitudo Solis meridiana 26 12. Locus ejus 22. 30 ♑ Declinatio ejus meridiana 21. 40 Fit igitur altitudo æquinoctialis 47. 52. & altitudo Poli Arctici 42. 8.

Die 0. Ianuarij ☿ videbatur mihi post Solis occasum, notabiliter valde: Et etiam post initium noctis videbatur Venus conjuncta Stellæ fixæ, quæ est in principio aquæ Aquarij, & est 23. erat tamen Venus orientalior hac Stella 45′. ad æstimationem.

Nota. Longitudo ergo erat, inquit Mœstlinus 304°. 5′, cum Latit. Borea 2°. 0′.

Die 11. Ianuarij Altitudo Solis meridiana 27 50 Locus ejus 0 41. ♒ declinatio meridiana 20. 6. Fit igitur altitudo æquinoctialis 47 56. & altitudo Poli 42 4. Initio noctis hujus diei 11 consideravi Lunam circa Hyades. Tunc duo Oculi Tauri videbantur constituere cum Luna triangulum duorum æqualium laterum. Erat enim Lunæ ab utroque eorum distantia æqualis, quæ quidem distantia æqualis, etiam erat distantia duarum reliquarum parilium inter Hyades, videlicet duodecimæ & decimæ tertiæ, Luna habebat altitudinem visam 61. 15. Canis maior altitudinem 14 30. Canis minor 24 50.

Initio noctis 12. diei Januarij dum Canis major habebat altitudinem 26. 40. & Canis minor 40 20. Luna secundum visum conjuncta apparuit Stellæ decimæ nonæ ♉, ei videlicet quæ in extremitate Cornu meridiani situm habet, conjuncta quidem secundum Longitudinem Zodiaci, erat tamen Luna Septentrionalior hac Stella in 24′. Distabat enim Stella ipsa à Limbo Lunæ meridionali, versus meri-

diem, secundum quartam partem diametri visualis ☾æ.

In mane 20. *Martij* hora 11. noctis completa, Luna videbatur tanquam in una linea recta cum duabus Stellis Scorpionis 12. & 13.

In mane 21. *Martij* consideravi Lunam in meridiano, habentem altitudinem Graduum 23. Iupiter habebat altitudinem 24. graduum & dimidij, qui & tunc in meridiano putabatur, Cor ♏ tunc habebat Altitudinem graduum 17. & m. 15. Luna autem cum Iove, & Stella septima ♐, putabantur in una linea recta.

In nocte quæ sequebatur *undecimam Iunij* horis 15. min. 15. transactis, post meridiem, fuit Eclipsis particularis, Eclipsabantur autem puncta 6. min. 34. hæc per tabulas, Consideravi hanc Eclipsin in Viterbio prope Romam, quæ orientalior creditur Vienna in gradibus 4 quemadmodum ex Cosmographia trahitur. Non potui tamen notare principium neque finem, nubibus obstantibus, in medio autem per conjecturam sumpto, Stella Vulturis volantis habuit altitudinem, postmeridianam 51° putabantur Eclipsari fere 7. digiti. Tempus pro medio Eclipsis, per conjecturam sumpto pronuntiatur Hor. 14. 48. post merid. cum Tabulæ dent Hor. 15. 15′. Differ. 27′.

Die 25. *Septemb.* in mane hora 10. noct. Mars videbatur inter septimam, & octavam Leonis, tanquam in linea recta cum eis. Distabat autem ab octava, scilicet corde Leonis versus Septentrionem, secundum quantitatem diametri Solis ferè.

Nota. Erat ergo, inquit Mœstlinus in MS. Longitudo ♂ 115°. 44′. Latit. 25′ Borea.

Die 19. *Septembris* hora noctis 11. Venus, Cor Leonis. & ♂ videbantur in una linea recta, ♀ quidem meridionalior, ♂ autem Septentrionalior corde Leonis. Distantia Martis à corde Leonis ad distantiam Veneris, ab eodem apparuit sesquiquarta.

Die 26 Septembris in mane hora undecima noctis ♀ ♂, & Stella una Leonis de quarta, sic puto magnitudine, videbatur quasi in una recta linea, uterque Septentrionalior respectu hujus Stellæ, nam Limbus Veneris orientalis tangere videbatur lineam Directam, quæ transibat per ♂, & Stellam dictam. Distantia autem ♀ à Stella prædicta, videbatur sesquialtera ad diametrum Veneris.

Nota, Mœstl. in MS. ita habet. *Die 26. Septemb.* mane Hor. 4. ⅔ recedebat à 15. ♌ parumper in Occasum & Boream, remota ab eâdem 1½ diametros ♀. Longitudo ergo erat 122° 24′. Latit. 5′. Austr

Die 27 Septemb. in mane hora 11. tres Stellæ dictæ videbantur in triangulo æquilatero, Venus enim recessit à Stella prædicta versus Orientem.

Die 3. *Octobris* in mane videbatur Mars scintillare.

Die 16. *Octobris* in mane hora 12. noctis, Mars nondum consecutus erat vigesimam quartam ♌, erat quippe Inter ipsum, & dictam Stellam spatium æquale secundum æstimationem 4 diametrorum Veneris, ♂ erat meridionalior, quàm dicta Stella, conjeci esse ☌ ♂ cum vigesima quinta ♌

Nota. Mœstlin. in MS. ita habet *Die 16. Octob.* Hor. 5. a. m. erat ♂ inter 24. & 25. ♌ Aberat tamen à 24. per 4. diametros ♀ Longit. ergo ♂ fuit 135°. 0′. Latit. 1°. 0′. Borea.

Die 17. *Octobris* in mane hora 11. vidi Martem jam præteriviſſe Stellam prædictam. Videbatur autem distantia inter eos esse sesquialtera distantiæ hesternæ Mars meridionalior.

Die 21. *Octobr* in mane hora 12 & dimidia noctis completis, Venus nondum consecuta fuit sextam ♍, sed distabat ab ea versus Occidentem, secundum quantitatem æqualem semidiametro Lunæ. Erat autem Luna tunc vetus, conjuncta secundum longitudinem Zodiaci ipsi Veneri, verum Septentrionalior erat multò, quàm Venus.

Nota. Mœstlin. in MS ita habet, die 21. Octob. dimidia 6. ferè ♀ aberat ad Occasum à 6. ♍ per semidiametrum ☾ Longitud. ergo ♀ erat 151⅓

Die 25. *Octobr.* in mane ♀ videbatur conjuncta secundum longitudinem septimæ ♍ Venus meridionalior ipsa Stella in duabus diametris Solaribus, secundum æstimationem.

Nota. Longitudo igitur Veneris, inquit Mœstl. in MS. eo mane erat 156°½ Latit Bor. 1°. 45′.

Die 21. *Novemb.* circa meridiem consideravi Solis Eclipsim, principium Eclipsis non consideravi, dum autem aspicerem. videbantur duo digiti diametri Solaris Eclipsari ex parte meridiei. Sol tunc habebat altitudinem 26° & dimidij, & erat rectè meridies. In fine autem Eclipsis, quam diligenter notavi, Sol habuit altitudinem 24. 36. Gradus autem Azimuth Solis à merid. versus Occidentem erant 16. & 15. m. Quantum autem tunc recenti conjectura concludere potui, videbatur tertia pars temporis totius Eclipsis transiviſſe, à principio Eclipsis usque ad instans primæ considerationis Nam parum ante primam considerationem, quæ erat præcisè in meridie, aspexi Solem nondum Eclipsatum: Omnia Viterbij apud Romam.

Annus Christi 1464.

Fuit Eclipsis Lunæ universalis, in ea videlicet oppositione, quæ fuit die 21. Aprilis hora 12. min. 59 post meridiem completis, secundum tempus æquat. ad merid. Urbis Patavinæ, cujus Latitudo dicitur 45° 24′. Verus locus Solis grad. 10. 52′ ♉ per numeros Alfonsinos. Lunæ autem in opposito. Argumentum latitudinis ☾ verum 5. 25 23. Latitudo ☾ septent. in medio Eclipsis 0. 24′. 5. Argumentum ☾ æquatum ad tempus veræ oppositionis 5. 4. 30. 40. Semidiameter visualis Lunæ 17. 49. Semidiameter umbræ 46. 11. puncta eclipsata 13. 17.

		hor.	min.	
Initium Eclipsis	Die 21.	11	15	Aprilis.
Initium Moræ		12	33	
Medium Eclipsis		12	59	
Finis moræ		13	25	
Finis Eclipsis		14	43	

Duratio totius Eclipsis 3. 28. Omnia per fundamenta Alfonsina.

In principio hujus Eclipsis inveni altitudinem cordis ♏ antemeridianam, grad. 12. min. 45. Tunc etiam altitudinem Hydræ post meridianam, grad. 9. min. 40. per quadrantem magnum, omni diligentia possibili.

Die 6. Octobris hora 3. noctis Romæ, ☾ secundum visum fuit in linea recta cum nonâ, & vigesimâ secundâ ♐ æqualiter distans ab eis.

Die 11. Decembris in mane hora videlicet 13. à Solis Occasu computata, stella ♂ videbatur in una linea recta cum duabus stellis ♍ 22. scilicet, & 23. Erat autem ♂ Septentrionalior, ipsa vigesima tertiâ. Nam distantia inter Martem & dictam vigesimam tertiam apparebat subquadrupla distantiæ duarum prædictarum stellarum fixarum. Mars secundum computum habebat 26. grad & 57. min. ♎ Latitudinem autem 0. 40 septentrionalem ascendentem vigesima secunda ♍ habet in longitudine 26. 20 ♎ in latit. septentrionali 7. 30. Vigesima tertia in longitudine habet 27. 0 ♎, in latitudine autem 2. 40 septentrional. Mars discrepat in latitudine à computo per 3. grad.

Annus Christi 1465.

Die 19. Iunij circa principium noctis, Mars videbatur quasi in linea recta cum 1. & 2. ♐ erat enim paulò borealior ab illa linea, intervallum autem ejus & secundæ videbatur sesquialterum, ad intervallum primæ secundæ Mart. tunc in computo habebat 6. grad. ♑ In observat. cit.

Annus Christi 1468.

Die 26. Aprilis in principio noctis ♂ videbatur parum transgressus rectam lineam in qua fuerunt ♃ & Cauda Vrsæ minoris, & quia ♃ erat in principio Canc. conjunctio eorum præterita creditur, quæ secundum computum, die Iovis futura debebat esse.

Die penultima Aprilis ♃ Mars. & quædam stella fixa 10 ♊ videbantur quasi in unâ lineâ rectâ cum capite Geminorum antecedente septentrionali, stella fixa profundior in Zodiaco quam Mars, & ♂ profundior quam ♃. Distantia inter ♃ & ♂ videbatur quasi sesquitertia, ad distantiam inter ♂ & stellam fixam. Mars valda parum recessit à rectitudine versus septentrionem. In Observat. cit.

Annus Christi 1471.

Strigonij 15. Martij stella ♃ videbatur inter duas Virginis, quarum lucidior est circa medietatem Alæ sinistræ Virginis, alia obscurior circa oculum ejus, versus Leonem, apparebat autem distantia ♃ à stellâ secundâ obscuriori esse, quasi duæ quintæ totius intercapedinis stellarum. Verum stella ♃ valde parum recessit ab hac recta linea, quæ est inter stellas fixas versus occasum.

Die 2. Iunij in noct. fuit Eclipsis Lunaris in cujus initio Cor Scorpionis, habuit altitudinem post meridianam 14. 15 Delphin autem vel Muscida Pegasi habuit altitudinem antemeridianam 22 30. quatuor digiti videbantur obscurari. Nam postea videbatur Luna repleri. Finis verò non apparuit nubibus intervenientibus.

Die 26. Iulij mane hora 3. post medium noctis Noticæ, Mars videbatur in recta cum duobus ocusis, id est 14. & 15. Tauri, id est cum duabus Hyadibus supremis, verum parumper ab hac recta removebatur ad Orientem, semper quantum fermè est, quarta Diametri Lunaris. Distantia ejus ab obscuriori duarum fixarum, quæ sunt in fronte Tauri, id est, à 15. Tauri, fuit æqualis intercapedini duarum fixarum 13. & 14. Motus stellarum fixarum secundum Alphonsinum computum, à Ptolemæo ad Annum 1471 est 17. 28. quem si addiderimus locis stellarum, quæ scripsit Ptolemæus, decimatertia. Tauri stella habebit 28. 18. ♉ latitudinem meridianam 5. 50. quartadecima, id est, oculus Australis, quam vocant Arabicè Aldebaran 0. 8. ♊ Latitudo meridiana 5. 10 quintadecima, id est, oculus Borealis 0. 18. Gemin. Latitudo meridiana 3. 0. Itaque Mars habuit 0. 40. ♊ Latitudin. merid. 1. 5. per computum Alfonsinum. Locus verus in longitudine 1. 10. ♊ Latitudo meridiana 0. 33. Differentta longitudinis 0. 30. Differenria latitudinis 0. 32. Verum si loca fixarum ab Alfonso mutuabimur, quartadecima Tauri, id est Oculus Australis habebit 2. 4. ♊ Cæteræ quoque loca sua augebunt per 1. 56. quare Mats per inspectionem fuisset in 2. 36. ♊ sicque computus deficeret, per 1. 26. qui priut superavit 30. sexagesimis. Quare vide ne nimium confidas inani calculo, & quasi somnio Alfonsino, qui radices motuum ad præterita tempora statuit, in quibus etiam imprudentiam suam arguit. Sed potius cum Ptolem. Hipparcho, Timocharide, & alijs priscis Philosophis, stabis. Nam hi oculis suis stellarum motus perpenderunt.

Quare si assumis ea loca, quæ per instrumenta sunt accepta ad tempus Ptolemæi, & potissimum Solis & Lunæ, videbis quanta sit discrepantia inter Alfonsum & Cœlum. Et sic facilius intelliges, quam frivola sit illa Alfonsi compago. Alfonsus etiam locis stellarum fixarum Ptolemæi plus æquo addidit in uno gradu & 55. min. Nam ipse usus est numeris Ptolemæi, perinde quasi in principio Annorum Christi fuerint stabiliti. Tantus itaque error est superabundans in locis stellarum, quæ sunt apud Alfonsum, quantum fermè motum cœlum in 140. annis quibus Ptolemæus posterior fuit Christo Hæc quidem secundum computationem Alfonsinam.

Die 9 Augusti vesperi fuit distantia inter Vener. & Iovem 5. 13. per radium sumpta. Venus per computum Alfonsinum habuit 28. 45. Virg. Iupiter 3. 18. Libr.

Die 9. Septembris mane Mars ab humero dextro Orionis 210 674. à capite Gemini præcedent. & septentrionali 210. 662. Eadem horâ Mars à decimaquarta Gemini 30. 1297. & tandundem, à quintadecima eorundem. In Observat. citatis.

Annus Christi 1472.

Advertendum, in capiendis observationibus, quas subjicimus, adhibitas fuisse Regulas Ptolomaicas: & Chordas annotatas, esse subtensas Arcuum, à Polo Horizontis, hoc est à Zenith sive Vertice, ad observatum sidus pertingentium. Hinc dimidium Chordæ quæsitum Tabulis sinuum exhibet Arcum, cujus duplum est distantia observati sideris à Vertice. Hujus autem complementum, est Altitudo ejusdem sideris supra Horizontem.

Observationes Ioannis de Monteregio per Regulas Ptolomæi factæ ad Solem Anno Christi 1472.

Qualium partium sinus totus. 100000.
Talium erat Chorda Distant. à Vertice.

Dies	Mensis / Nota	Chorda
Die 6.	*Martij.*	86600
8		85300
20	*Febr.*	95625
21		85100
23		92900
26	Septembr. mediocris propter adventum ex Italia.	91300
27	mediocris	91920

In Observat. cit.

Annus Christi 1473.

Observationes Solis habitæ à Regiom.

Dies	Mensis / Nota	Cord, dist. à Vertice.
Die 10.	*Martij.*	84160
11		83600
30		71850
7	Iunij	45020
8		44970
6	April. sed venti val.	67740
19	non omnin. exact.	60580
20	Diligens	59975
27	Altitudo Solis in fine Eclipsis suæ 25. (Finis erat H. 7. 17′ a. m. ut habet Mœstl. in MS.	
11	Iunij	44880
13		44860
17		45000
31	Augusti	75150
1	Septemb.	75750
8		80084
11		81940
13		83200
14		83810
18	Septemb.	86300
21		88160

In Observat. cit.

Annus Christi 1474.

Die septima Martij, Mars orientalior Asino Septentrionali per diametrum Lunæ, iturus videbatur sub eum, sed incipiebat dirigi. In Observ. cit.

Nota Longitudo ergo ejus, inquit Mœstl. in MS. erat 94° 15′.

Augustinus Riccius in Tract. de motu Sphæræ Octavæ ait Anno Chiisti 1474. observatâm, à Zagutho spicam Virginis in 17° 10′ ♎ Ricciolus in Chronico.

Mœstlinus in MS. habet: Anno 1474. Abraham Zacuth (Augustini Riccij in Astronomia Præceptor) vidit Lunam spicam ♍ non multum à medio cœli distantem, cooperuisse. Hanc observationem factam esse 26 Maij circa Hor. 10. noctis ex calculo colligi potest, quia quoties ☾ hoc anno 1474. fuit conjuncta spicæ, ea semper, aut remotior à Meridiano reperitur fuisse, aut radijs ☉ vel luce diei una cum stella hac tecta latuit, præterquam 26. Maij.

Annus Christi 1475.

Chord. distan. à Vertice observatæ à Regiomontano

Dies	Mensis	Chorda
Die 15.	*Iunij.*	44845
26	Iulij	55160
28		56012

Sequuntur Observationes sumptæ per Regulas Ptolemæi Solis per Bernardum Waltherum discipulum Mag. Ioannis de Monteregio.

Dies	Mensis / Nota	Cord. distant. à Vertice.
2	Aug. in merid.	58434
3		58900
4	Dubia	59325
5		59910
6		60434
7		60960
10		62567
13		64184
14		64750
16		65910
17		66460
18	Dubia	67100
20		68200
28		73000
29	Dubia	73625
1	Septemb.	75420
2		76100
3		76667
4		77250
5		77900
6		78525
14		83550
16		84780
17	Dubia	85350
18		85980
21		87850
22		88434
2	Octob. dubia	94500
5		96150
7		97325
9		98475
12		100110
13		100634
14		101190
30		108910
2	Novemb.	110150
3		110534
4		110934
24		116884
28		117600
29		117790
30		117925
1	Decemb.	118050
2		118160
12		118790
19		118600
26		117675
27		117665

Observationes factæ per eundem Bernardum VValtherum Anno Christi 1475.

PRima die Septembris hora quasi 3. post medium noctis de manè, accepi rectangulo instrumento intercapedines ut sequitur.

	Sin. I	Sin. II.
Inter Mart. & caput ♊ anteced.	210	772
Mart. & caput ♊ sequent.	180	950
Duo capita Geminorum	80	989
3. Septembris hora ut supra.		
Inter Mart. & caput ♊ anteced.	210	725
Mart. & caput ♊ sequent.	210	1006
Duo capita	60	1118
Mart. & Canem min. Algomeys.	210	623
Mart. ex prim. Canis minoris	110	626 ½
Fixarum inter se	80	1085
4. Septemb. hora ut supra.		
Inter Mart. & minorem in Cane	210	610
Mart. & Algomeysam.	210	614 ½
Fixarum inter se	80	1079
Mart. & caput ♊ anteced.	210	705
Mart. & caput ♊ seq.	210	960
Duo Capita	90	1134
Duo intervalla	80	1003 ⅛
5. Septemb. inter 2. & 3. post med. noct.		
Inter Mart. & caput ♊ anteced.	210	683
Mart & caput ♊ sequent.	210	920
Fixarum inrer se iterum	90	1139
Duobus intervallis	80	1006 ½
6. Septemb. mane inter 3. & 4. post med.		
Inter Mart. & cap. Gemin. anteced.	210	662 ½
Mart. & caput ♊ sequent.	210	883 ½
Fixarum inter se	90	1139
Mart & Algomeysam	210	585
♂ & minorem Canis minoris	210	593
Fixarum inter se supposui ut prius		
7. Septemb. inter 2. & 3. post med. noct.		
Inter Mart. & caput ♊ anteced.	210	638
Mart. & caput ♊ sequent.	210	844
Algom. & caput Gemini & seq.	210	497 ½
Mart. & Algomeysam	210	581
16. Septemb. hora ut supra.		
Inter Mart. & caput ♊ seq.	210	611
Mart. & Algomeysam.	210	493
Saturn. & Algomeysam	210	489
Saturn. & caput ♊ seq.	210	573
Caput ♊ seq. & Algom.	210	497
Saturn. & Mart.	20	949
17. Septemb. hora ut supra.		
Inter Mart. & caput ♊ seq.	210	791
Mart. & Algomeysam	210	484
Mart. & Saturn.	10	667

Item hæc distantia inter ♂ & ♄ magis fuerat ex parte latitudinis quam longitudinis. Comparavi enim eos ad Cor Leonis, & videbatur quod valde modico plus distaret Mars à Corde Leonis, quam ♄. Unde judicavi eos die sequenti, videlicet 18. Septembris debere conjungendos, quamvis eos die jam dicto propter nubes non viderim, tamen die 19. vidi eos iterum, & factus fuerat Mars orientalior tantum (ut oculo apparuit) quantum die 17. fuerat Saturno Occidentalior. Item 20. die vidi iterum eos, & jam factus fuerat ♂ notabiliter orientalior ♄ quorum tamen conjunctio, secundum Almanach in 21. diem erat futura.

	Sin. 1.	Sin. 2.
21. Septemb. ante 3. post med. noct.		
Inter Mart. & caput ♊ seq.	210	523
Mart. & Algom.	210	448
Saturn & Algom.	210	480
♄ & ♊ sequentis	210	560
Saturn. & Mart.	20	679
23. Septemb. inter 2. & 3. post med. noct. de mane		
Inter Mart & sextam Leon.	210	739
Mart & quartam Leon.	160	921 ½
Quartam & sextam Leon.	140	910
Mart. & Cor Leonis	212	824
Quartam & octavam Leon.	210	916
Mart. & caput ♊ seq.	210	495
26. Septemb. hora ut supra.		
Inter Mart. & sextam Leon.	822	822
Mart. & quartam Leon.	150	941
Mart. & octavam Leon.	210	948
Octavam & sextam Leon.	140	948
13. Octob. hora ut supra.		
Inter Martem & sextam Leon.	140	1036
Martem & quartam Leon.	200	1109
Martem & octavam Leon.	50	1127
Saturn. & octavam Leon.	210	761
Saturn. & quartam Leon.	160	810
17. Octob. hora ut supra.		
Inter Martem & Saturnum	2 0	707
Saturn. & octav. Leon.	210	770
Saturn. & quartam Leon.	190	907
30. Octob. hora ut supra.		
Inter Martem & octavam Leon.	110	982
Martem & sext. Leon.	160	960
Martem & quartam Leon.	210	677
2. Novembris ante Ortum Solis ad ½ in ¾ horæ.		
Inter Mart. & octav. Leon.	140	1005
Mart. & sext. Leon.	190	1020
3. Novemb. ab hora 2. usque ad horam, quasi 4. post medium noctis.		
Inter Saturn. & quart. Leon.	190	1001
Saturn. & octav. Leon.	210	793

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter Saturn. & Sept. Leon.	210	772
Quart. & octav. Leon.	210	913
Quart & sext. Leon.	140	903
Sext & octav. Leon.	140	948
Mart. & octav. Leon.	140	951
Mart. & sext. Leon.	190	983
Mart. & vigesimam Leon.	210	922

4. *Novemb.* inter 5. & 6 post med. noct.

Inter Mart & sext. Leon.	190	950
Mart & octav. Leon.	150	960

12. *Novemb.* inter 2. & 3 post med. noct.

Inter Saturn. & octav. Leon.	210	798
Saturn. & sext. Leon.	210	708
Octavam & vigesimam Leon.	210	649
Sextam & vigesimam Leon.	210	931

Item eodem die hora 6. post med. noct.

Inter Mart. & octav Leon.	210	889
Mart. & Caud Lon.	210	878
Mart. & viges. Leon.	210	956

28. *Novemb.* hora quasi 7. post med. noct.

Inter Mart. & octav. Leon.	210	582
Mart. & Caud. Leon.	180	1010
Mart. & viges. Leon.	210	814
Vigesimam & Caud. Leon.	180	983

29. *Novemb.* hora quasi 4 post med. noct.

Inter Mart. & vigesimam Leon.	210	805
♂ Et viges. sept. Leon.	180	1008
♂ Et octavam Leonis	2'0	572
Octavam & viges. sept. Leon.	210	457 $\frac{1}{2}$
Saturnum & octav. Leonem.	210	784
Saturn. & sext. Leon.	210	695
Saturn. & quartam Leon.	170	901

1. *Decemb.* hora post med. noct.

Inter Saturn & octavam Leonis	210	979
Saturn. & sextam Leonis	210	692
Saturn. & quartam Leonis	160	887
Mart. & octavam Leonis.	210	549
♂ Et vigesimam sept. Leonis	140	797

29 *Decemb* Hora 3 post med. noct.

Inter Saturn. & octav. Leon.	210	698
Saturn. & quart Leon.	180	869

Annus Christi 1476.

Observationes Noricæ ☉

	Chor. distant. à vertice.
Die 30. Januarij	106750
20. Februarij	95650
10. Martij	84150
16.	80390
18.	79180
23.	76080
26.	74200
31.	71140
13. April.	63600
18.	60860
9. Maij	51360
16.	49090
19.	48210
3. Junij	45350
11. Dubia	44867
12. Certa	44890
27.	46110
13. Septemb. certa	83400
14. Dubia	84000
19. Certa	87090
20.	87680
21.	88320

Die 3. Ianuarij hora quasi 6. post. med

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter Mart & septim. Virginis.	210	837
Mart & quintam Virginis	60	849

24. *Ianuarij* apparuerunt in eadem circumferentia quarta & sexta Virginis, una cum ♂, quasi medius inter fixas videbatur, quasi per tres dies morari in eodem loco.

5. *Februarij* hora quarta post med. noct.

Inter Martem & septimam Virg.	170	835
Martem & quintam Virg.	50	761

12. *Februarij* post meridiem hora 2. noct.

Inter Saturnum & quintam Cancri	20	1022
Saturn. & cap. ♊ seq.	210	675 $\frac{1}{2}$
Saturn. & quartam Leonis	170	671

19. *Febr.* post meridiem hora 2. noctis.

Inter Saturn. & quintam Cancri	10	620
Saturn. & caput ♊ sequent.	210	695
Saturn. & octavam Leonis	210	554 $\frac{1}{8}$

Item eodem die hora 4. noct. post merid.

Inter Martem & primam Virginis	10	958 $\frac{1}{2}$
Martem & vigesimam sept. ♌	140	926

20. *Febr.* hora 4. noctis post merid.

Inter ♂ Et vigesimam secund Leon.	180	888
♂ Et viges. sept. Leonis	130	869
♂ Et viges. tertiam Leon.	100	908

10 *Martij* hora 2. noctis post merid.

Inter ♂ Et vigesimam septimam ♌	160	897
♂ Et vigesimam Leonis	190	897 $\frac{1}{2}$

25. *Martij* hora 2. noctis post merid.

Inter Martem & octav Leonis	210	890
Martem & vigel. septimam Leon.	200	889
Martem & vigesimam Leonis	80	889

Et

Et eadem hora vidi Saturnum, propè primam Cancri, videlicet implicitatem nebulosam, trahendo lineam à quarta Cancri in quintam ejusdem, non comprehendebam ♄ in eadem linea, sed fuerat in modico occidentalis ab hac linea, ut videbam ad latitudinem duorum digitorum transversalium, discordat cum Tabulis. Item Saturnus fuerat in eodem arcu cum quarta (calamo superscripto cuiuspiam quinta. Atque ita legendum dicit Bullialdus, alias non stare observationem. In Astronnom. lib. 6. c. 7.) & prima Cancri, puta implicitate nebulosa, fueratque medius earum, tantum distans ab una quantum ab alia, sicut visu deprehendi.

26. *Martij* hora 2. noctis post merid.

	Sin. 1	Sin. 2.
Inter Martem & octavam Leonis	210	902
29. *Martij* hora 2 noctis post merid.		
Inter Mârtem & octavam Leonis	210	931
Martem & viges sept. Leonis	210	895
Mart. & vigesimam Leonis	180	882
31. *Martij* hora 1. noct. post merid.		
Inter Mart. & octavam Leonis	210	939
3. *Aprilis* hora 1. noctis post merid.		
Inter Mart. & octav. Leonis	210	960 ½
Mart. & viges sept. Leon.	210	866
4. *Aprilis* hora ut supra.		
Inter Mart & octavam ♌	210	960 ½
Mart. & viges. sept ♌	210	864
6. *Aprilis* hora ut supra diligenter.		
Inter Martem & octavam ♌	210	960 ½
Mart & viges. sept. ♌	210	860
Mart. & vigesimam ♌	200	952 ½
7. *Aprilis* hora ut supra.		
Inter Martem & octavam ♌	219	960 ½
Martem & vigesimam sept. ♌	210	860
Martem & vigesimam ♌	200	952 ½
12. *Aprilis* hora ut supra.		
Intet Martem & octavam ♌	200	901
Martem iterum & octav. ♌	210	947
13. *Octobris* ante ortum ☉ modicum.		
Inter Saturnum & octavam Leonis.	30	1082
14. *Novembris* ante ortum ☉ modicum.		
Inter Saturn. & oct ♌	20	944
Saturn. & sextam ♌	130	961
Octavam & sextam ♌	130	887
17. *Novembris* ut supra in horâ.		
Inter Saturn. & octav. ♌	20	937
Saturn & sext. ♌	130	964
Octavam & sext ♌	130	887
18. *Novemb.* ante ortum Solis.		
Inter Saturn. & sext. ♌	130	972 ½
Saturn. & octav. ♌	20	937
21. *Novemb.* ante ortum Solis.		
Inter Saturn. & sext. ♌	130	972
Saturn. & octav. ♌	20	937

Annus Christi 1477.

Observationes Noricæ

	Chord. distant. à vertice.
Die 11. *Mart.* diligens	83675
20. *Iunij*	45967
27.	46125
30.	46630
1. *Iulij*	46856
2.	47198
3.	47367
4.	47600
5.	47850
6.	48134
20.	52825
5. *Septemb.*	78225
17.	85675
22.	88775
23.	89400
24.	89934
25.	90500
6. *Octob.*	97000
9.	98700
15.	101934
8. *Novemb.*	112625
28.	117750
15. *Decemb.*	118780
18.	118600
19.	118525
20.	118420
27.	117600

Quinta Septembris de mane quasi hora tertia post medium noctis, vidi Martem & Saturnum distantes (sicut visui apparuit) ad modum palmi, habentes eandem latitudinem, ita quod eodem die procul dubio conjungebantur punctualiter, fueratq; Saturnus, Marte orientalior spacio prædicto. Latitudinem eorum ferè præcisè eandem inde supposui, quia considerando arcum transitus Martis ante & post transeundum, similiter polum ejusdem arcus, videbatur omnino hanc distantiam ferè (*an scribendum ferre?*) longitudinis tantum, neque difficile inspectu solum fuerat cognoscere, in tam modica eorum distantia. O quanto affectu eorum vidissem conventum, quia verisimili conjectura unus eclipsabat alterum, rarissimus autem eventus ille

15. *Octob.* de mane inter horam quartam & quintam post medium noctis, observavi instrumento Trianguli distantiam Martis & Saturni. 40|821.

Unde sumpsi arcum distantiæ ferè 2. grad. 47. m. quibus Mars orientalior Saturno factus fuerat.

Respice Tabulas & invenies errorem 1. gr. 36 m.

Eodem die.

Inter Martem & octav. Leonis	190	834 ½
Mart. & Caudam Leonis	229	838

16. *Octob.* de mane inter Hor. 4. & 5. post med. noct.

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter Saturn. & octav. Leon.	170	945
Saturn. & Martem	50	874
Mart. & octav. Leon.	200	835
Saturn. & sext. Leon.	190	840
Mart. & viges. Leon.	200	861

18. *Octobr.* de mane quasi hora 7. post medium noct.

Inter Martem & Saturn.	70	940
Mart. & octav. Leon.	200	766
Satur. & octav. Leon.	170	933

Annus Christi 1478.

Observationes Noricæ

	Cord. distant. à vertice.
Die 11. *Martij* diligens	83820
12.	83234
31. *Martij* diligens	71434
30. *April.*	55220
11. *Maij*	50850
20.	48050
31.	45790
7. *Iunij*	45025
10.	44900
11. exactè	44890
13. exactè	44890
15.	44920
17.	45000
18. Dubia	45100
19. quia venti dub.	45125
21. exactè	45267
24.	45650
2. *Iuly*	47050
12.	49800
13.	50140
19.	52320
9. *Augusti*	62149
2. *Septemb.*	76225
8. exactè	79950
9. exactè	80534
10. exactè	81190
11. exactè	81800
12. exactè	82480
13. exactè	83050
15.	84390
21.	88050
30. exactè	93410
8. *Octob.* exactè	98040
26. *Novemb.* radij fortes, dil. observ. exact.	117300
11. *Decemb.* radij fort. dil. observat.	118760

Die 19. *Februarij* hora Occasus.

Inter ♃ & ♀ Jupiter fuerat, adhuc orientalior & meridionalior,

Sin. 1.	Sin. 2.
40	889

20. *Februarij* hora ut supra.

Inter ♃ & ♀ Jupiter fuerat adhuc orientalior, & meridionalior. 30 | 814

21. *Februarij* hora Occasus Solis.

Inter Jovem & Venerem	30	860
Jovem & Occidentaliorem	150	885
Jovem & Orientaliorem	190	877
Venerem & Orientaliorem	160	872
Venerem & Occidentaliorem	120	892
Fixarum inter se.	60	882

Item Jupiter factus fuerat occidentalior, ipsa autem Venus notabiliter Septentrionalior apparebat, ita videlicet, quod totam differentiam pro majori parte latitudinis tantum fore judicabam.

22. *Febr.* hora Occasus Solis.

Inter Jovem & Venerem. 30 | 740

24. *Febr.* hora ut supra.

Inter Iovem & Venerem. 50 | 780

Die 16. *Martij* hora secunda post medium noctis, de mane vidi Martem cum Stella quæ est media trium Virginis in ala sinistra, videlicet sexta, habebant quasi eandem latitudinem (an scribendum longitudinem ?) Latitudine autem fuerat Mars meridionalior ultra medietatem pedis, visu judicando.

Nota. *Mœstlinus in MS. habet: Die* 16. *Mart. Hor. 2. a.m.* ♂ *conjunctus videbatur sexta* ♍ *meridionalior, tamen ultra medietatem pedis. Erat ergo Longit.* ♂ *151° 35′. Lat. 1°. 0′. fere Bore.*

11. *Aprilis* hora octava post meridiem, vidi Lunam circa Cor Leonis, & quantum visu apprehendi, distabat Luna ab eadem stella citra gradum, & ultra medium gradum (intelligo, inquit Schicardus, plus semisse, minus tamen integro) versus orientem, in latitudine tamen fuerat Luna meridionalior modicum, ultra vel citra gradum.

18. *Aprilis* post Ortum Solis.

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter Saturnum & octavam Leonis.	90	891

19. *Aprilis* post Ortum ☉ modicum.

Inter Saturnum & Cor Leonis	90	892
Saturnum & sextam Leon.	140	882

29. *Aprilis* hora ut supra.

Inter Saturnum & octavam Leonis 80 | 791½

8. *Maij* statim post Ortum ☉

Inter Saturnum & octav. Leon. 80 | 769

11. *Maij* post occaſum Solis.

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter Martem & Spicam	80	878

19. *Maij* hora prima poſt Occaſ.

Inter Martem & Spicam	80	941
♂, & eam quam 10. Virg. putas	160	941
Item fixarum	200	772

26. *Iulij* una hora quaſi, id eſt non plenè, poſt Ortum Solis, vidi Lunam circa Venerem, & fuerat ♀ orientalior. Sumpſi per inſtrumentum diſtantiam earum. 20|882

Item latitudo inter, eas quæ fuerat, modica utique exiſtebat, ut viſu judicabam Lunam meridionaliorem in modico valde.

29. *Iulij* quaſi hora prima poſt meridiem, videlicet dum Solis altitudo 54 $\frac{1}{2}$ graduum (Schickardus in MS. habet 54° $\frac{1}{3}$) fuerat, principium Eclipſis Solis, finis autem ejus, dum Sol in altitudine 41° $\frac{1}{2}$ continebat.

Mœſtl. in MS habet initium Norimbergæ Hor. 1. 9′. p. m. Finem Hor. 3. 3′. Medium Hora 2. 6′. p. m.

11. *Auguſti*, hora quaſi tertia poſt medium noctis de manè, Vidi Venerem quaſi mediam inter duas Stellas ♊, & fuerat ♀ fere in una linea cum ipſis modicum tamen diſtans ad Occidentem, & videbatur in modico plus diſtare à meridionali quam à Septentrionali.

12. *Auguſti* hora ut ſupra, vidi iterum ♀, & tantum facta fuerat Orientalior à linea recta per has duas Stellas protracta, quantum die præcedenti apparuit occidentalior.

22. *Auguſti* hora quaſi 3 poſt medium noct. fuerant in una linea ♃, & duo oculi ♉, & erat ♃ occidentalior, diſtans per medietatem diſtantiæ, quâ duo oculi diſtant, ab oculo occidentaliori, ſic viſui apparuit,

24 *Auguſti* de manè.

	Sin. 1.	Sin. 2.
Inter ♃ & dextrum oculum ♉	70	811
♃ & ſiniſtrum oculum ♉	30	942
Fixas	50	942

21. *Septembris* hora quaſi 5. poſt medium noctis.

Accepi groſſo modo inter ♀ & oct. ♌ 19|410

24. *Septemb.* per 40. m. ante Ortum Solis, vidi Lunam circa ♄ quaſi conjunctos, diſtabat Luna modicum ad Septentrionem. ita ut inter circumferentiam ejus, & ♄ videbatur mediare ſpacium unius palmi, (quam alibi 4. digitis æquiparat, inquit Schickardus.)

30. *Septemb.* fuerat ♃ iterum in una lineâ cum duobus oculis Tauri, videlicet in eodem loco, in quo vigeſima ſecunda Auguſti eadem horâ.

20. *Octob.* de mane per diſtantiam 3 $\frac{1}{2}$ horarum ab Ortu Solis, vidi Lunam propè Cor Leonis, quaſi per medium gradum diſtantem. Et fuerat hæc diſtantia magis ex parte Latitudinis, quam habuit Luna verſus Septentrionem. Hora autem media ante Ortum Solis, dum Luna eſſet prope medium Cæli, obſervavi inſtrumento diſtantiam.

20|610. facit 1. gr. 52. min.

Annus Chriſti 1479.

Obſervationes Noricæ de Motu Solis.

	Cord. diſtant. à vertice.
Die 21. *Febr.* radij fort. dilig. obſer.	94860
Die 28. *Martij* radij fort. dilig. obſer.	73350
Die 12. *Septemb.*	82250
Die 13.	82825
Die 14.	83490
Die 15.	84140
Die 19.	86600

Aliæ Obſervationes Noricæ.

Die 30. *Octob.* fuit ☌ ♄ & ♂ ſecundum longitudinem, Saturnus verò fuerat Septentrionalior, quaſi ad unum gradum, ♂ fuerat propinquiſsimus ſextæ Virginis.

7. *Octobr.* Fuerat ♂ conjunctus ſeptimæ Virginis ſecundum longitudinem, meridionalior vero, quàm fixa ultra gradum.

16. *Novembris.*

Inter ♄ & ſeptimam Virginis.	60	859
♄ & decim. Virginis	130	884
♂ & ſept. Virginis	80	925
♂ & decim Virg.	130	925
Septimam & decim. Virg.	90	865
♂ & Saturnum	140	903

24. *Novemb.* exquiſitior priore.

Inter ♄ & ſextam Virg.	796	796
♄ & ſept. Virgin.	40	667
♄ & decim. Virgin.	90	632
Sextam & ſept. Virg.	60	620
Septimam & decim. Virg.	90	859
Martem & ſept. Virg.	110	643
Martem & Spicam	80	867
Mart. & decim. quint. Virg.	120	878

Annus Chriſti 1481.

Obſervationes Noricæ.

Die 22. *Octobris* ante Ortum Solis fere ad unam horam vidi Saturnum, ac ☿ diſtantes, ſicut viſu judicavi non ultra diametrum Lunæ, quam diſtantiam tantum judicavi ex parte longitudinis, videbantur enim eandem habere latitudinem, fueratque ☿ orientalior.

23. *Octobr.* Eadem hora vidi iterum eos, & factus fuerat ☿ notabiliter Orientalior. ita quod videbatur diſtare à ♄. per tres diametros ☾.

28. *Octobr.* Ad mediam horam ante Ort. ☉. Accepi diſtantiam inter ♄ & ☿ 60|528

3. *Novembr.* media hora ante Ortum Solis accepi iterum inſtrumento intercapedinem ♄ & ☿.

Compara loca ad tempora præſcripta, reperies magnam differentiam inter veritatem & tabulas, vigeſima prima enim die Octobris fuerat conjunctio eorum, procul dubio, quam ex tabulis nequaquam elicies. Aer ſatis clarus his diebus.

****

15. No-

15. *Novembr.* hora prima ante ortum Solis.

	Sin. 1.	Sin 2.
Inter Spicam & Saturnum	80	706
Spicam & Martem	60	647
Saturnum & Martem	10	422
Spicam & Venerem	40	562
Saturnum & Venerem	40	496
Martem & Venerem	40	513

Item Mars fuerat Orientalior, post eum ♄ postea Spica, sed ♀ occidentalior inter omnes has Stellas, & videbatur Mars, Saturnum modicum transisse, distantiam verò inter eos expertè (an ex parte?) Latitudinum fore.

19. *Novemb.* hora ut supra.

Inter ♄ & ♀	10	742
♂ & ♀	30	615
♄ & ♂	20	489
Spicam & 21. ♍	110	570
Spicam & ♀	70	632
♀ & 21. ♍	110	660
♄ & Spicam	70	586
♄ & 21. ♍	110	625
♂ & Spicam	80	598
♂ & 21. ♍	120	588

Item ♀ fuerat occidentalior ♄ & à fortiori ♂te, & ipsa ♀ fuerat etiam australior ♄.

25. *Novemb.* quasi una hora ante Ortum ☉.

Inter Saturn. & ♀	70	720
Saturn. & ♂	60	655
♂ & Venerem	20	750
Spicam & Saturn.	80	630
♀ & Spicam	130	597
Spicam & ♂	120	596
Saturn. & 21.	100	590

Etiam ♀ fuerat Septentrionalior Marte.

30. *Decemb.* ad 3. hor. ante Ort. ☉

Inter Spicam & Saturnum	90	544
♄ & 21. ♍ diligenter	110	535

Annus Christi 1482.

Observationes Noricæ.

Die 12. Ianuarij altera media hora ante Ortum Solis, Luna eclipsabat Saturnum, tempore enim illo non videbatur, ante autem & post eclipsin habitudines infrascriptas notavi. Item cum Luna fuerat in ultima quadratura, aut circa, utique deficiebat ex parte occidentis. Et quando primo intuebatur, videlicet circa 2½ horas ante ortum Solis, fuerat Satur. orientalior, & ut apparuit meridionalior Luna, distans per duas Lunas.

Postea intervenerunt nubes, quod principium cernere non potui. Judicavi autem pro certo, quod Luna cornu Australi apprehensura fuerat ♄. Post quod autem revidebam ♄, distabat in diametro ad duos digitos vel citra à Cornu Septentrionali, & tum vice-versa apparere reincepit; transivere jam medium cæli.

Eo verò tempore, quod medium hujus Eclipsis judicavi, accepi altitudinem ☾ ferè in linea meridian. existentis, & reperi 32. grad. Id quod supra posui, videlicet Lunam primo Saturnum apprehensuram cornu australi, non videtur possibile considerando viam Lunæ. Sed hoc quidem evidenter apparuit, Saturnum iu diametro ☾ à Cornu Septentrionali per duos digitos, aut circa distitisse.

Nota. Schickardus in MS. habet: addit Author: quod Luna Saturnum primo apprehensura videretur cornu australi, (ut dixerat) apparere impossibile quidem, consideranti viam Lunæ, sed verè tamen ac evidenter ita contigisse. Saturnum in diametro Lunæ à cornu septentr. per duos digitos vel circa distitisse. Adjungit Schickardus: Ita intelligit ille: Saturnus initio videbatur 2. diametris abesse, ita ut si Luna directè (vel Eclipticæ parallela) progrederetur, eum infero cornu apprehendisset. Sed fuisse retectum (post occultationem aliquam) tunc in diametro Lunæ duobus digitis abesse visum à cornu boreo. Causa phantasiæ fuit, non tantum quod Luna descenderet ad Nodum, sed etiam quia signa humilia (♐ ♑ ♒) oriebantur, ubi crescit parallaxis Latit.

19. *Ianuarij* ad 3. Hor. ante Ortum ☉

Inter Spicam & 21. ♍ exactè	110	580
♄ & 21. Virginis	110	520
♄ & Spicam diligenter	90	512

6. *Octob.* non plenè 1. hora ante Ortum ☉ vidi Mercurium.

7. *Octob.* vidi ☿ & fuerat Orientalior, & modicum Australior quadam Stella, quam reperi ferè in longitudine, distabat æstimando, ad quantitatem unius viri.

11. *Octob.* modicum ante Ortum ☉, vidi ☿ apud ☽, fueratque Mercurius australior, ad quantitatem diametri Lunæ, aut ultra, sed longitudo ferè eadem.

19. *Octob.* iterum vidi ☿

20. *Octob.* med. hora ante Ort. ☉ vidi ☿

25. *Octob.* disparuit ☿ sub clarissimo cælo, videri non potuerat per intervallum 4. dierum, videlicet inter 20. & 25. dies Octob. In quo intervallo propter nubes non consideravi.

Annus Christi 1484.

Observationes Noricæ

Die 16. Ianuarij, observavi ☿ horologio benè correcto, quod videlicet de meridie ad meridiem diei præcedentis ad unguem redijt. Vidi verò ☿ de mane in contactu horizontis, & in eodem instanti appendi pondus horologio habenti 56. denticulos in rota horaria, quæ semel revertebatur, & insuper 35. denticuli, quo centrum Solis in horizonte apparuit, unde sequitur ☿ eo die una hora, & 37. min. ante Solem Ortum fuisse, quod ferè concordat calculo.

Die 17 Septemb. adhuc vidi Mercurium matutinum, nescio quare posui adhuc, cum tamen ante hunc diem in brevi nihil reperiam de Mercurio.

Die 21. Novembr. de mane vidi ♃ & ♄ & fuerat ♃ notabiliter orientalior ♄ vide Tab.

Die 28. Novemb. hora ferè tertia noctis post merid. Luna eclipsabat Martem.

Annus Christi 1485.

Observationes Noricæ.

Die 8. Ianuarij de mane, vidi Lunam prope Spicam, ita quod judicio meo hora 5. post medium noctis. jam præterita fuerat eorum conjunctio visibilis. Mercurium eodem mane non vidi.

Die 3. *Martij* vidi ☿ Vespertinum hora septima, post meridiem. Similiter sequenti die eadem hora satis distabat à Sole.

Die 12. *Martij* vidi ☿ Vespertinum inter septimam, & octavam horas post meridiem.

Die 16. *Martij* Eclipsis Solis, cujus principium post meridiem tertia hora & 26. minut. finis quinque hor. & 28′. & circa 11. puncta obscurabantur. Debebat autem secundum calculum totus Eclipsari, sicut etiam contingebat in medio septimi climatis, ad quod tabulæ, unde Eclipsis præscripta sumpta est, compositæ sunt.

Nota. Lycosthenis verba apud Ricciolum sunt: *Fuerunt meræ tenebræ, adeo ut candelis accensis opus esset: in Vrbibus.* Gallinæ, foris diversi generis animalia ad solitæ quietis nocturna loca se contulere. Crusius in Annalibus, ut est apud Schickardum, notat Nordlingæ intra Hor. 4. & 5. Candelas fuisse accensas.

Die 5. *Augusti* de mane modicum ante quartam post medium noctis, vidi ☾ propè Stellam, quæ est vicesima prima Tauri, videlicet in cornu septentrionali, & est eadem undecima Alhajoth, fuerat Luna valde modicum orientalior, sed Australior, non omnino per diametrum Lunæ.

Die 14. *Augusti* una hora, ante ortum Solis vidi ☿

Die 19 *Aug.* vidi ☿ matutinum. Item 21. die Aug. etiam. Item 22. 24. & 29. die August. iterum vidi Mercurium.

Observat. cit.

Annus Christi 1486.

Observationes Noricæ.

Die 11. & 13. *Augusti* hora quinta post medium noctis, vidi Mercurium.

Die 18. *Augusti* de mane hor. 4. post med. noct.

Inter Martem & Cornu septentrion.	110	587
Martem & Aldebaran	70	635
Fixarum inter se	170	556

Fuerat ♂ occidentalior à lineas ad fixas protensa.

Die 20. *Augusti* hora 3. post med. noct. de mane.

Inter Mart & cornu septentrionale	109	380
Martem & Aldebaran.	70	559

Item erant in una linea hæ tres Stellæ.

Die 26. *Aug.* De mane hora quarta post med. noct.

Inter Mart. & Cornu septentrion.	70	533
Mart. & Aldebaran.	100	571
Fixarum inter se.	170	560

Item Mars fuerat orientalior à linea per fixas tracta.

Die 31. *Augusti* de mane hora quarta post medium noctis.

Inter ♂ & Cornu Meridionale	40	541
♂ & Cornu Septentrion.	60	541
♂ & Aldebaran	120	547
Duo Cornua	80	573
Cornu meridionale, & Aldebaran	160	580
Cornu septentrion. & Aldebar.	180	593

Item Mars fuerat in triangulo per tres fixas, ut angulos ejusdem causata.

Die 7. *Septemb.* fuerat ♂ inter duo cornua Tauri hora quarta de mane, post medium noctis, distans à cornu meridionali per duas Lunas, & erant in una linea hæ tres Stellæ.

20. *Septemb.* de mane hora 5 poo medium noctis fuerat ♀ orientalior corde Leonis per unam Lunam, latitudo apparebat fere eadem.

Nota. Longitudo ergo ♀, inquit Mœstlinus in M. S. fuit 116°. 35′.

21. *Septemb.* Facta fuerat ♀ Orientalior eadem Stella, videlicet corde Leonis per tres Lunas.

22. *Septemb.* Fuerat ♂ Occidentalior informatarum ♉ per quatuor digitos ferè, in eadem latitudine.

24. *Septemb.* fuerat ☌ ☾ ac ♀ inter decimam & undecimam ante meridiem, fuerat ♀ Septentrionalior à limbo Lunæ per semidiametrum Lunæ.

21. *Octob.* de mane, dum Cor Leonis in altitudine antemeridiana habuit 45. gradus, incepit Luna operire eandem Stellam, limbo enim tangebat eam, statim post hac non videbatur, aer modicum turbabatur, quod exitum videre non potui.

In Observat. à Schnellio edit.

Annus Christi 1487.

Observationes Noricæ, de Motu Solis.

	Cord. distant' à Vertice
10. *Iunij*	44934
11.	44890
13.	44890
14.	44960
16.	44960
17.	44990
18.	45050
22.	45388
25.	45800
26.	45934
11. *Iulij*	49480
12.	49795
14.	50460
18.	51910
22.	53490
29	56600
30	57075
31.	
1. *Augusti*	58010
2.	58510
9.	62100
15.	65440
16.	66000
1. *Septemb.*	75540
5.	78000
9. Dubia	80500
10.	81100
11.	81720
12.	82350
13.	82950
14.	83600
15.	84225

16.	84810
27.	85440
23.	89134
24.	89713
25.	90334
30.	93320
1. *Octob.*	93910
6.	96820
2. *Novembris*	110200
22.	116475
7. *Decemb.* radij fort. Dilig. observ.	118623
13. Rad. for. dilig. obser	118790
14. rad. for. dil obs.	118790
22.	118300

Aliæ Observationes Noricæ.

Die 8. *Februarij* consideravi Eclipsim Lunæ hora quasi secunda post medium noctis de mane, incepit Luna Eclipsari, & dum nadir Solis in altitudine habuit 29° fuerat medium Eclipsis, eo verò tempore horologium indicaverat tres horas, & 47′, & in fine totius obscurationis habuit nadir Solis in altitudine 24 gradus, horologium 4. horas 18′, finis Eclipsis hora 5. min. 20. post noctis medium, examina tempora per altitudines, & econverso. In tempore mediæ Eclipsis inter Cor Leon. & nadir Solis. 60|635

Item Latitudo Lunæ, visa, fuerat meridionalis. Item locus verus nadir Solis tempore medij Eclipsis ex calculo habere debuit 4. 28. 39. 44. Sed arcus inter Cor Leon. & nadir Solis fuerat 5. graduum 14′ & penes hoc, locus cordis fuisset. 4. 23. 15. 44. sed tantus non est.

28. *Februarij* hora 7. min. 52. post merid videlicet dum Luna in medio cæli habuit 47. grad. in altitudine, & Canis major videlicet Alhabor 23 ½ in altitudine post meridiana, tangebat Luna Cornu australi, borealissimam Plejadum.

2. *Martij* hora præcisè septima post meridiem.

Inrer Cor ♌ & ☾ 80|456

Annus Christ 1488.

Observationes Noricæ de Motu ⊙

	Cord. distant. à Vertice.
1. *Ianuarij*	116734
2. Satis certa	116525
3. Rad. for. dil. obser.	116275
9. Rad. for. dil. obser.	114725
31. Rad. for. dil. obser.	106240
1. *Febr.* Rad. for dil. obser.	105750
10. Rad. for. dil. obser.	101200
17 Rad. for. dil obser.	97338
2. *Mart.* Rad for. dil. obser.	89010
3 Rad. for. dil. obser.	88400
9. Clarus satis	84700
10. Radij debiles	84090
17. Clarus satis	79725
19. Radij fort. dil. obser.	77460
24. Rad. for. dil. obser.	75334
25. Clara dil. for. rad.	74710
9. *April.* Rad. for. dil. obser.	65780
10	65200
11. Clara	64634
12. Clara	64080
29. Clarus	55440
7. *Maij* Clarus	52090
14. Frigus, clarus	49640
19. Clarus	48175
25. Satis clarus	46710
27. Satis clarus	46350
3. *Iunij* Clarus	45390
4. Clarus	45267
7. Clarus	45025
8.	44975
10.	44910
13.	44880
14.	44890
15.	44910
16.	44930
17.	45000
18.	45090
9. *Iulij* Clarus	49070
16. Clarus	51400
27. Clarus vald.	55950
Lunæ Eclipses. 2 Vranib. observat. à Tychone. Prior 19. Ianuarij totalis H. 9. 59′ p. merid. vel ut habet Longomontanus H. 10 Posterior Iunij 15. totalis Hor. 16. 57′ p. merid. at Longomontanus habet Hor. 17. Eclipsis hæc sic saltem est observata, ut Luna dimidiam fuerit umbram ingressa priusquam occideret : quare reliqua ex conjectura, aut calculo sunt adjecta Ricciolus.



Subjungendum hic quod ex VVirtenbergicis Obſervationibus ſupereſt, ut uno conſpectu ad fidem transmiſſi interim exemplaris authentici, omnia legantur, quæ deinceps ſuos in annos ſparſa, nec ſatis fideliter deſcripta ſunt.

Annus Chriſti 1582.

Die 15. *Febr.* mane ☾ erat inter duas Stellas ♏ videlicet 3. & 7 recta enim per ambas Stellas, ſimul etiam per ☾ centrum tranſibat. Diſtantia Oræ ☾ oriental. & 7. ♏. 2° 28′ erat verſus Occaſum Luna à à Stella.

Altit. Spicæ ♍ illo momento reperta ſupra Horiz. Occident. 16° $\frac{1}{2}$.

Die 19 *Febr.* H. 7. $\frac{1}{2}$ p. m. ♀ 22° ♓. 6° 48′. ♀ 1. inform. ♈. 9° 15′ verſus Auſtr.

Die 5. *Martij* H. 7 $\frac{3}{4}$ p. m. ♀ 2. ♈ 13. 33. ♀ 2. infor. ♈ 7. 15.

Die 26. *Martij* H. 7 $\frac{3}{4}$ p. m. ☿ 1. infor. ♈. 8. 14. ☿. Lucid Plejad. 20°. 36′.

Eadem nocte cum altit. Oculi ♉ eſſet 24° Occid. conſpiciebatur ex linea ♀ per ☾ centrum ducta, tranſire præciſè media inter 5 & 1. Plejadum diſtantia Oræ ☾ occidentalis à 5. Plejad. erat 60. 1308. hoc eſt 2° 38′. ☾ inde verſus occaſum recta.

Diſtabat ♀ à Lucida Plejadum 3°. 20′. ab Oculo ♉ 12°. 16′.

Die 1. *April.* H. 7 $\frac{3}{4}$ ☿ 5. Plejad. 13°. 8′. ☿ 2. infor. ♈. 7°. 57.

2. *April.* Altit. ⊙ meridiana 49°. 12′.

14. *April.* Altit. ⊙ merid. 43 21 $\frac{3}{4}$

28. *Iunij* Altit. ⊙ meridiana 63 7.

29. *Iunij* H. 2 $\frac{1}{2}$ mat. ♂ 1. infor. ♈ 19°. 39′. ♂ Lucid. Plejad. 7°. 44′.

4. *Iulij* Altit. ⊙ merid. 62°. 20′ $\frac{1}{2}$

Annus Chriſti 1583.

Die 1. *Ian.* H. 5. $\frac{1}{2}$ mat. ♂ poſter. ♊ 2°. 54′. ♂ 7. ♊ 2°. 35′.

Die 24. *Martij* H. 9 $\frac{1}{2}$ p. m. Mars inter Aſellos diſtabat à Bor. 1°. 22′. ab Auſtrino 1. 55.

Die 9. *Sept.* H. 10. ♄ in recta cum 1. infor. ♓ & 1. ♑.

Diſtantia ♄ & 1. infor. ♓ 60. 1086. fuit tunc ♃ in recta cum 1. infor. ♓ & 8. ♓

Diſtantia ♃ & 8. ♓. 8°. 46′. ♃ & 80. 1170.

Annus Chriſti 1584.

Die 29. *April.* mane Solis Eclipſis, initium non vidit, ob aerem haud ſerenum, ſed in fine accepit altitudinem ⊙ 12° $\frac{1}{4}$. Recta per ⊙ ☾ centra, declinabat à verticali 61°.

Die 29 *Decemb.* Altit. ⊙ merid. 19. 17. poſtridie 19°. 25′ $\frac{2}{3}$.

Annus 1585.

Die 20. *Ian.* Altit. ima ✻ 6. Vrſæ minoris. 34°. 26′ ✻ 7. Vrſæ minoris. 32°. 13′. etiam ima.

Die 13. *Iunij* Altit ⊙ merid. 64°. 55. $\frac{2}{3}$

Annus 1586.

Die 22. *Iulij* H. 3. mat. 1. ♉ 15. ♊ ♃ item 3. ♊ 10. ♊ ♃ ijſdem rectis, tunc etiam 3. Ceti 14. ♊ ♂ in recta: ſed ♂ paulò occid. quam recta ♃ 10. ♊

12. *Septemb* manè ♃ conjunctus 12. ♊ ratione longitudinis: niſi quod ♃ quaſi ſui ipſius ſemidiametro, à Stella receſſerat ad boream.

12. *Octob.* H. 4 $\frac{1}{4}$ mat. Cor ♌ ♂ 2. infor. Vrſæ M item 15. ♌ ♂. 6. Aurigæ, iiſdem rectis.

1. *Novemb* H. 8. $\frac{1}{2}$ p m. ♄. 6. Ceti, 6. Eridani, & 19. ♓ ♄. 5. Perſei ijſdem rectis.

4 *Novemb.* Alt. ⊙ merid. 23° $\frac{3}{4}$ certa.

8. *Novemb.* Alt. Cor ♌ merid. 55°. 28. H. 6. mat. poſtrid. 55. 27. alio die tantum 55° 23′.

18. *Novemb.* H. 9. p. m. ♄ 1. ♉ 19°. 57. b nod. ♓ 6°. 58.

26. *Novemb* Altit. ⊙ Merid 18°. 57′ $\frac{2}{3}$. certa.

1. *Decemb.* H 6. m. 12. ♊ & ora ♃ occidental 24′. ſed ab ora ♃ or. 26′. Ergo diameter ♃ 4′. erant tunc 12. ♊ ♃ & 2. ♊. ead. recta.

8. *Decemb.* H 6 $\frac{1}{2}$ diſtant. ♂ Caudæ ♌ 12° 10′ ♂ 5. ♍. 2°. 20′.

Eodem die Altit ⊙ merid. 18°. 3′ diligenter.

22. *Decemb.* Altit ✻ Polaris maxima 51°. 28′. eo Veſpere alias 51° 29. ſic & poſtridie.

13. *Decemb.* Altit. ✻ Polaris minima 45°. 36′. alias 45°. 34′. & 45° 33′.

Die eodem altit. ⊙ merid. 18. 1 $\frac{1}{2}$

Semidiameter Solis inter 15′. 50″ & 15′. 56″.

21. *Decemb* H. 7 $\frac{1}{2}$ p. m. diſt. ♃ 12. ♊ 2° 26′ ♃ 11. ♊ 6° 27′ ♃ præced. ♊ 10°. 48′.

Annus 1587.

Die 3. *Ianuarij* veſp. altit. ✻ polaris 51° 29′ max.
altit. ✻ 7. Vrſ. m. 31 52. max.
ſic etiam alibi.
altit. mer. ✻ 6. Vrſ. m. 34 22
altit. mer. Lucid Plejad. 64 8
altit. mer. ✻ pol. 45 34 min.
altit. ✻ Vrſæ min. 62 41

6. *Ianuarij* Alt. merid. ♀ circa Hor. 3. veſp. 34° 56.

Eodem die circa H. 4. antequam ⊙ occideret erant diſtantiæ ⊙ oræ occid. & ♀ 44°. 49. gr. Centrum 44°. 33′. poſt cum ☾ eſſet in 90°. diſtabat ♀ ab ora ☾ Occid. 1200. 1536 $\frac{1}{2}$. hoc eſt 42° 49. ☾ tunc in □ non procul ab Apogæo Epicycli. Sin ſequitur diſtantia ☾ ⊙ 87°. 37′. proximè.

N. licet ♀ ☾ diſtantia ſic obſervata, Sole jam ad occaſum tendente, ubi ☾ non ampiius in ipſo 90° ſed 2° $\frac{1}{2}$ occidentalior fuerat: hoc tamen nondum ſenſibiliter officit.

Die 11. *Ian.* Altit. ✻ merid. Oculi ♉ 57° 4′. Rigel Orionis ſ. q 32° 44. Siniſtri humeri Orion. 47° 22′ Canis minoris 47° 40′.

Eodem die,cum ☾ meridianum transiret alta fuit 59°, 29′. erat tunc circa principium ♋, ergo & in 90°. & quidem altit ejus maxima

Eod.tempore distab. 2. Orion. & Ora ☾ bor. 11°. 59′.
2 Orion.& Ora ☾ Aust. 11. 28.
17. ♊ & Ora ☾ occid 5. 52.

Hinc colligit diametrum ☾ 31′. Distantia centri ☾ a secunda Orionis 11°. 43. & à 17. ♊ 5°. 37′.

Die 15 *Ian*.circa H. 3 $\frac{3}{4}$ mat. distab.præc.♊ & Ora, ☾ austr. 27°. 8′.
præced. ♊ & Ora ☾ bor. 26. 34.

Ergo diameter ☾ 34′. fere. Circa Hor. 6 $\frac{1}{2}$ cum ☾ declinaret ad Occasum Observ. diameter ejus 33 $\frac{1}{2}$

Die 17 *Ian*. Altit. mer. Spicæ ✱ 23°. 30′ ♎ Aust. 27. 10. ♎ hor. 33°. 39′. Postridie altit, mer. ✱ Oculi ♉ 57. 4. Sinistr. Hum. Orion. 47°. 43′. Cor ♌ 55°. 27′. Cauda ♌ 58°. 23′. Arcturi 62° 52′.

29. *Ian*. alt. ☉ merid. 26° 24′ $\frac{1}{4}$, semidiam. ☉ 15 $\frac{3}{4}$ dilig. Eodem vesp. H. 6 $\frac{1}{2}$ Dist. ♄ 2. Ceti 15° 10′. ♄ 1. infor. ♈ 13° 10′. ♄ fuit occid. ab ijs, tunc & ♃ distant à præced. ♊ 12° 49′. à 10 ♊ 2° 32′. ♃ orientalior à 10.

Vltimo Ian. H 2. p. m. alt. ☾ merid. 39° 58′.
Eod. Vesp H. 4 $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$ distabant Ora ☉ occid. & ☾ occid, 800. 1303 $\frac{1}{4}$. 34° 7′.

Hora 4 $\frac{3}{4}$ dist. ♀ & Ora ☾ bor. 160. 1583. 5°. 47′. & H. 6. $\frac{1}{2}$ ♀. distab. à 17. Pegasi 14. 26. ♀ à 19. Pegasi 12° 37′. diameter ☾ 7. 1560. 30′. 50″.
Die 9. *Febr*. alt. ☉ merid. 30. 60 $\frac{1}{8}$.
20. *Febr*. alt. ☉ merid. 34. 8 $\frac{3}{4}$.
21. *Febr*. H. 7 $\frac{1}{4}$ ante merid. ☾ altitudo merid. 22° 16′ $\frac{1}{2}$ ☾ tunc circa Solstitium orum.

14. *Martij* H. 12. $\frac{1}{2}$ mat. distabant or ☾ Orient. & 7. ♍

Ora ☾ borealis & ♂	240.	1434.	9°.	34′
Ora ☾ Austr. & ♂	160.	1590.	5.	46.
	160.	1434.	6.	23.

Luna erat plena, & circa nonagesim. diam. ejus 37. ferè
Luna erat austral. quam ♂, occid. quam 7. ♍.
Erat ♂ 7. ♍. & 7. ♌ in eadem recta.
Distabat ♂. 7. ♍ 11. 30.

18. *Martij* altit. ☉ merid. 44°. 18′ $\frac{1}{2}$. postridie 44°. 42′ $\frac{1}{2}$.

20. *Martij* post H. 5. mat. distabat Ora ☉ Oriental. & ♀ 45°. 3′.

Eadem die Eclipsabat ☾ Venerem; Ingressa est ♀ Oram ☾ Orientalem, cum altus ☉ esset 14 $\frac{5}{6}$. ex parte occidentali, tunc opaca, iterum emersit ♀ cum ☉ altus erat 28 $\frac{3}{4}$.

Introitus ♀ fuit ferè circa medium partis illuminatæ, nisi quod ♀ erat paulo borealior, quasi parte $\frac{1}{2}$ quadrantis.

Exitus etiam fuit quasi $\frac{1}{12}$ qualiter hinc appinxit.

Computat hinc K. I. fere duorum scrup.

Eodem die H. 9. alt. ♀ merid. 49. 23.



Die 15. *Iunij* Altit. ☉ merid. 49. 23.

22. *Iunij* H 4. $\frac{3}{4}$ mat. distabat Ora ☉ orient & Ora ☾ occid. etiam 1200 1559 $\frac{1}{2}$. facit 42° 5′.

Die 1. *Iulij* H. 1. $\frac{3}{4}$ mat. distabat ♄ Lucid. Plejad. 11°. 51′. ♄ 1 ♉ 5° 8′.

Ead. die H. 2 $\frac{1}{2}$ dist. ♀. Lucidæ Plejad. 15°. 57′. ♀ ocul. ♉ 6° 12′. & H. 4 $\frac{3}{4}$ mat. dist. ♀ & Ora ☉ oriental. 39°. 1′.

Die 5. *Iul*. H. 9. altit. ♀ merid. 62° 10′.

17. *Iul*. H. 3 $\frac{1}{2}$ mat. Dist. 2. ♈ & oræ ☾ austr. 300. 1447. 11°. 59′

Ejusd. 2. ♈. & oræ ☾ bor. 300, 1510. 11. 21.

Ergo diameter ☾ 29′. ☾ tunc dichotomos, circa Epicycli Apog.

Eod. die H. 3 $\frac{3}{4}$ distab. ♀ & ocul. ♉ 600 1408. 24° 3′
H 4 $\frac{1}{4}$ dist. ♀ & ora ☾ or 1200. 1077 $\frac{1}{4}$ 58° 14′
H. 5. dist. ♀ & ora ☾ or. 1000. 1552, 35. 42.
Luna tunc in □ & prope 90.

Die 21. *Iulij* H. 3 $\frac{1}{4}$ mat. dist. oræ ☾ austr. &

	15. ♊ 5. 10.	Diam. ☾
Oræ ☾ bor.	15 ♊ 4. 37.	33′.
Oræ ☾ Oriental.	17. ♊ 3. 28.	

Circ. H. 9 $\frac{1}{2}$ alt. ☾ mer. 59. 12 Luna tunc circa init. ♋ simul in nonagesimo, item prope limitem aust. (♌ circa ♎)

Die ult. Iul. H. 4. mat. distabat ♀ à seq ♊ 7°. 53′. ♀ ab oculo ♉ 40°. 32.

Die 18. *Aug*. H. 4 $\frac{1}{2}$ mat. dist. ♃ seq ♊ 18°. 37′ ♃ Can. min 22.

Circa H. 7 $\frac{1}{2}$ alt ☾ merid. 59°. 8′. erat tunc in 90 & circa lim.

Die 21. *Aug*. H. 4 $\frac{1}{2}$ mat. distab. ♃ ora. ☾ austr.

	5°. 50′.	Diam. ☾
♃ ora Bor.	5. 16	34′

Die 15. *Septemb*. Circa H. 6. alt ☾ merid. 59°. 8′. erat tunc in 90mo & circa lim.

20. *Octob*. H. 6. mat. dist. ☿ Spica 4°. 57′. ☿ Arctur. 29°. 7′.

Eod die. Distabant, ♀ Spica 6. 42. ☿. Arct. 30° 1. Planetarum ☿ ♀ distantia 2°. 50′.

22 *Octob*. H. 6. Vesp. dist. ♂ 4. ‡ 5° 50′. ♂ 5 ‡ 4. 16. ♂ occidental.

H. 8 dist. ♄ Lucid Plejad. 11°. 58′. ♄ 3. ♉. 6°. 56′.

Med. noct. inter dies 5. & 6. Nov. distab.

26. Persei & Ora ☾ bor.	16.	16.	postrid. plenil.
26. Persei & Ora ☾ austr.	16.	48	non procul à 90.

9. *Decemb*. alt. ☉ merid. 18°. 2′ $\frac{1}{2}$ talis rursus die die 15. Decemb. 2′ $\frac{1}{8}$.

Annus

Annus 1588.

Die 1. *Ian*. H. 10 ½ dist. 15. ♊ & Ora ☾ bor. 4. 23.
Eadem 15. ♊ & Ora ☾ aust. 4. 55.
Eadem 19. ♉ & Ora ☾ aust. 10. 20.
Post altitudo ☾ merid. 59° 25′


Die 2. *Ian*. alt. ☉ merid. 19°. 44′. accurat.
Hora 11 ½ dist. 1. ♊ & Ora ☾ bor. 15°. 14′
Eodem 1. ♊ & Ora ☾ aust. 15. 46.
Eodem 17. ♊ & Ora ☾ occid. 8. 20.

Die 10. *Ian*. Vesp. distab. ♂ 2. ♒ 11°. 42′. ♂ 11. ♒ 11. 26′. ♂ 18. ♒. 9°. 6′
Ead. die ♄ & Lucid Plejad. 16°. 4′. ♄ 1. infor. ♈. 14°. 21. Alt. mer. ✱ Arcturi 62°. 49′.

Die 21. *Ian*. dist. ♃ Cord. ♌ 11°. 40′. ♃ 4. ♌. 9°. 5′

Die 1. *Feb*. H. 12 ½ noctis. distab ♃ Cor ♌ 13°. 8′
tem ♃. & Ora ☾ bor. 6°, 30′
Item ♃. Ora ☾ austr. 7. 24.
Cor ♌ & Ora ☾ orient. 8. 17.

Die 3. *Martij* cum deficeret ☾ erat altit. ejus occidua 43° ½. & altit. Lyræ Orient. 39°. 8′. tunc recta per centrum ☾ & centrum Umbræ declinabat, & perpendiculo 54°. Principium & finem propter nubes non vidit.



Die 12. *Martij* alt. ☉ merid. 42°. 14′ ⅔ postrid. 42°. 38′ ½, vel 38′ ⅓.

29. *Maij* seq. noct. alta ☾ mer. 22°. 51′ diam. ☾ 34′ Hor. 12 ⅖ p. med noct. distab. ♏ & Ora ☾ Or. 14° 28′. Ergo Centra ✱ ☾ distabant 14°. 11.
Recta ex Corde ♏ ad lucidam Aquilæ, auferebat de ☾ diametro, ab occidentali ejus Ora, quasi sextam diametri h. e. proxime 6′. unde recta ex centro ☾, ad dictam rectam perpendicularis, fuit proxime 11′.

Die 18. *Iun*. alt ☉ mer. 64°. 47 ⅓ alt. ♀ mer. 57°. 46
Alt. ☾ merid. 51. 50 scil. H. 3 ⅔ p. m.
Tunc distabat ♀ ab Ora ☾ occid 8°. 31′.

Die 9. *Aug*. H. 10 ⅗ p. m. distabant 19, Pegasi & Ora ☾ bor. 17°. 50′.
Ead. diei 19. Pegasi ☾ austr. 18°. 20′.
Sed 11. ♒ & Ora ☾ oriental. 22. 28.

Die 22. *Sept*. H 5 ½ mat. dist. ♃ Cor ♌ 11°. 47′. ♃ Caud. ♌ 13°. 52′.
Eod. die distab. ☿ Caud. ♌ 14°. 59′. ☿ ♃ 18°. 57′
Aquilæ altit. merid. 59°. 56′.

Die 11. *Octob*. H. 6. mat. dist. ♂ Cor ♌ 13°. 53′. ♂ Caud. ♌. 13°. 24′.

Annus 1589.

Die 20. *Feb*. H. 7 ½ p. m. Dist. ♃. Cor ♌ 18°. 58′
♃ Caud. ♌. 11°. 8′.

Die 20. *April*. H. 1 ½ mat. distab. Spica & Ora ☾ orient. 16°. 23′.
Eadem Spica & Ora occident.
Lanx austr. & Ora ☾ Boreal 7°. 10′.
paulò post distant. ♂ & Ora ☾ Bor. 3°. 18′.
♂ & Ora austr. 2°. 44′.
Circ. H 2. mat. distab. ♂ à ♎ austr. 6°. 54
Erantque Lanx illa A. ♂ & 7. ♍ in ead. recta.

Die 17 *Iun*. paulò ante med noctis sequentis. Alt. ☾ merid. 20°. 59′. tunc Ora ☾ orient. distab. à 1. ♑ 600. 1348. facit.

7. *Sept*. H. 6 p m. Altit. ☾ merid. 21°. 16′. diameter 34′.

8. *Septemb*. H. 7. p. m. altit. ☾ merid. 20°. 52′ circa Solstit. punct.

11. *Septemb*. H. 5. mat. ☿. Cor ♌ 12. ♉ in ead. recta, dist. ☿ Cor ♌ 16°. 56′.

21. *Septemb*. Alt ☾ merid circa Solstit. punct. 90° 38′. altitudo Sirij 25°. 16. Canis majoris 25°. 16′.

Annus 1590.

Prid. Cal. Ian. Vesp. H. 6. dist. ♄ Aldebar. 1600 1633. Saturn. Lucid. Plejad. 400. 1520.


30. *Ian*. Altit. ☉ merid. 27°. 8′. certiss.
Altit ♀ merid. 44. 30. circa H 2 ⅓ p. m. postrid 35°. 1′ ½.

Ult. Ian. ante Occ. ☉ dist. ♀ & oræ ☉ occident. 45°. 8′.

Cal. Febr. Altit. ☉ merid. 27°. 47′.
Ante Occasum ☉ distabat ♀ ab Orâ ☉ occid. 45°. 12.
Ab Ora ☉ orient. 44°. 42′.
Eodem Vesp. H. 5 ¼ distab ♀ ab Ora ☾ occid. 48°. 42′.

Die 19. *Feb*. ante 8. mat. alt. ☾ merid. 20°. 25′ ½

Die 5. *Iun*. H. 11 ½, ⅛ noctis ☾ ἀμεξίκ V. circa 90 distabant ♎ austr. & Ora ☾ occid. 21°. 24′.
Cor ♏. & Ora ☾ austr. 8. 39.
Cor ♏. & Ora ☾ Boreal. 9. 10.



Die 7. *Iul*. mane circa H. 3 ¾ deficere cæpit ☾, cujus initio ♀ ad Ortum alta fuit. 23° ½
Tunc circulus per centrum ☾ & initium Eclips-

in-

inclinabatur ad verticalem 72°. occidit autem ☾ deficiens.

In hac Eclipsi notabile est, quod utrumque luminare simul fuerit supra Horizontem: qualem citat Plin. l. 2. c. 13. Nam ☉ centrum emergebat cum ☾ 2°. ferè supra Occidentem elevaretur. Hujus autem centro occidente ☉ centrum elevatum fuit 2°. fere. Tunc altit. ♀ 28°. centrum, diurnà luce impeditus, item vaporibus, non potuit applicare quadrantem centris ☾ & umbræ.

Vesperi altit. Hirci minima fuit 4°. 12.

Die 10 *Iulij* H. 3 mat. 11. ♉. ♀. ♄. in eadem recta. Dist. ♀ Ocul. ♉ sinistri 200. 1550.

14 *Iul.* H. 3. mat. dist. ♀ Ocul. ♉ 300. 1547. ♀ & Cornu ♉. Commun. Erichton. 240. 1516

H. 5 $\frac{1}{8}$ quando ☾ nonages. paulò prætergressa distabant ♀ & Ora ☾ orient. 1000. 1419 $\frac{1}{2}$.

Circa H 6 $\frac{1}{8}$. altit. ☾ merid. 4°. 34′.

Circa H. 8 $\frac{3}{4}$. altit. ☿ merid. 60. 42.

Die 18. *Iul.* Circa H. 9 $\frac{1}{2}$ altit. ☾ merid. 61. 37.

Eod. die, altit. ☉ meridiana. 60. 36 $\frac{1}{2}$

Die 3. *Aug.* H. 4. mat. dist. ♀ 15. ♊ 5. 52

♀ 17. ♊ 4. 48

Sic & postridie

19. *Septemb.* H 5. mat. dist. ♂ Cor ♌ 12. 38.

♂ Dors. ♌ 13. 8.

Circ. 20 Sep. ♄ Stationarius, formabat Isoceles cum 14. & 15 ♊ præcisè △, tunc fuerunt 1. infor. ♊. 14. ♊ & ♄ in ead. recta.

Die 2. *Octob.* H. 10. p. m. distab. 15. Ceti & Ora ☾ austr. 10°. 43′. diam. 35.

15. Ceti & Ora ☾ Boreal. 11. 18. diam. 35.

2. Ceti & Ora ☾ occid. 24°. 46′. ☾ tunc plena apud 90.

Die 3. *Octob.* H. 5. mat Corporalis ☌ ♀. ♂ ut ♂ nuspiam apparuetit, distab. ♀ ♂ à Corde ♌ 21°. 23′. à Cauda ♌ 11°. 4.

Die 2 *Decemb.* H. 6. mat. dist. ♀ Spicæ 160. 1610. ♀. Arct. 800. 1518 $\frac{1}{2}$.

Die 5. *Decemb.* H. 6. mat. dist. ♂ Arct. 800. 1478. ♂ Spicæ 200. 1626.

Die 6. *Decemb.* H 6 mat. dist. ☿ 19. Ophiuchi 240. 1553 ☿ ♎ austr. 600. 1548.

Die 7. *Decemb.* H. 4. mat. dist. ♄ 14. ♊ 100. 1294. ♄ 15. ♊ 60. 1346.

Annus 1591.

Die 7. *Ian.* H. 6 mat. dist. ♃ ♎ austr. 5°. 31′. ♃ ♎ Bor. 7°. 31′. mox H. 7 $\frac{1}{4}$ dist. ♃ & Ora ☾ Orient. 22°. 48′.

Die 9. *Ian.* H. 5. mat. ☌ ♃. ♂. centralis, tunc distabant ♃ ♂ à ♎ austr. 5°. 46′. ♃ ♂ à ♎. Bor. 7. 33′

H. 5 $\frac{1}{2}$ distabat ♎ bor. & Ora ☾ bor. 4°. 6′.

Eadem ♎ bor. & Ora ☾ austr. 4. 38.

Erat tunc ☾ centrum in recta ex ♎ Bor. per ♂ & ♃ ducta.

Post H. 7. distab. ♃ ♂ & Ora ☾ bor.
ijdem ♃ ♂. & Ora ☾ austr. } diam. ☾ 32′

Deinceps Planetarum copulam dissolvi quidem non vidit, sed tamen sensit jam distinctè colores rubeum & candentem ♂ ♃.


Die 6. *April.* H. 5. dist. ♂ & Oræ ☾ orient. 480. 1338

29. *April.* H. 11. p. m. dist. ♃ ♎ aust. 80. 1460 ♃ ♎ bor. 200. 1554.

8. *Iunij* Alt. ☉ merid. 64°. 54′ $\frac{1}{2}$. postrid. 64°. 55′.

13. *Iunij* H. 12. noct. dist. ♂ 4. ♐ 5°. 58′. ♂ 3. ♐. 7°. 54′.

10. *Iulij* Eclipsis ☉. initinm circiter H. 3. p. m. tunc ☉ altitudo 45′. finis circa H. 4. p. m. quando ☉ altius 35°.



In principio quadrans applicatus centro ☉ & contactui Ecliptico, faciebat arcum F. H. 54 $\frac{1}{2}$ & residuum G. E. 35 $\frac{1}{2}$. Sic autem intra tectum apparebat ejusmodi declinatione scilicet ☾ orientalior Sole & australior: ergo, in cælo Lunam occidentaliorem à Verticali fuisse oportet, ac borealem. In fine idem arcus F G. 81°. & G E. 9°. fuit adhuc ☾ intra tectum orientalior à verticali, sed foris in Cælo occidentalior.

Die 22. *Iulij*, cum nocte seq. ☾ esset in meridiano vicina solstitio hyberno alta fuit 18°. 36′

Die 28. *Aug.* H. 1 $\frac{3}{4}$ mat. ☾ versabatur circa 90 Distabat Ora ☾ bor. & 1. infor. ♈ 15°. 9′.

Ora ☾ orient. & Oculus ♉ 30°. 31′.

Eadem die alt. ☉ merid. 47. 22.

Eodem Vesp. H 8. distabat ♃ ♎ austr. 4°. 26′. ♃ ♎ bor. 7. 38.

Die Cal. Sept. H. 7. ant. altit. ☾ merid. 63°. 29′ Versabatur circa principium ♋.

9. *Sept.* altit. ☉ merid. 43°. 73′ $\frac{3}{4}$.

14 *Sept.* altit. ☉ merid. 41 11.

21. *Octob.* H 7. Vesp. dist. ♂ 3. ♑ 9°. 20′. ♂ 1 ♑ 11°. 22. ♂ 24. ♑ 12°. 58′.

Ead. noct. H. 10. $\frac{1}{2}$ dist. Oræ ☾ austr. & 2. ♈ 400. 1531 $\frac{1}{2}$. Ora ☾ occid. & Lucid. Plejad. 600. 1444.

Die 17. *Nov.* H. 6 $\frac{1}{2}$ mat. distab. ☿ ♎ bor. 6°. 14′. ☿ ♎. austr. 6. 38′. ☿ & Spica. 27° 51′.

Die 18. *Nov.* H. 9. $\frac{1}{4}$ p. m. Distabat Ora ☾ occid & Oculus ♉. 23°. 47′.

Ora ☾ bor. ret. 2. Ceti. 8. 10.

Ora ☾ Austr. & 2. Ceti. 7. 37.

20. *Nov.* H 12. med noct. inter 20. & 21. diem

Ora ☾ orient. & Lucida Plejad. 19°. 35′

Ora ☾ orient. & Oculi ♉ 9 7

Ora ☾ Austr. & 3. Orionis 14 47

Ora ☾ boreal. & 3. Orionis 14 13

Die 2. *Decembr.* Altitud. ☾ merid. 29°. 52′. Hor. 9 $\frac{1}{4}$

3. *Decemb.* H. $6\frac{1}{2}$ mat. dist. ♄ Can. min. 17°.54′ ♄ poster. ♊ 9° 49′.

9. *Decemb.* alt. ☉ merid. 18°. 3′. postrid. 18° $2\frac{1}{2}$ postr. 18°. 2′. sic & die 13.

20. *Dec.* Vesperi ☾ erat in recta ex seq ♊ in Can. min. distab. Ora ☾ aust. & Can. min. 16° 18′] diam. ☾

Ora ☾ bor & Can min. 16 56] 38′ utrob.

Ora ☾ austr. & poster. ♊ 6. 26.

Ora ☾ bor. & poster. ♊ 5. 48.

Die 26. *Dec.* H. $6\frac{1}{2}$ mat. dist. ♀ ♃ 1. ♏ 10°. 59′. ♃ Cor ♏ 6°. 45′. ♃ 12 Ophiuchi 7. 56. Item ♀ 12. Ophiuchi 7°. 35′ ♀ ♃ 12°. 28′.

28. *Dec.* H. $8\frac{1}{8}$. ☾ circ. 90. distabat.

Ora ☾ orient. & ♀	55°.	12′
Ora ☾ orient. & ♀	27.	14

30. *Dec.* H. $9\frac{1}{4}$ ant. Ora ☾ orient, & ♀ 31°. 5′

Ora ☾ orient & ♀	29.	20
Circ. H. 10. alt. ♀ merid.	23.	58.
H. $10\frac{1}{2}$ dist. Ora ☉ orient. & ♀	29	24.
Eodem die Alt. ☉ merid.	19.	$18\frac{1}{2}$.

Annus 1592.

Die 12. *Ian.* H. 6. p. dist. ♄ 2. ♊ 12. 12. ♄. Can. min. 19°. 43′.

H. 7. dist. ♂ 2. ♓ 18°. 17′. ♂ 3 Ceti 32°. 4′.

15. *Ian.* H $6\frac{1}{2}$ mat ♃. 1. ♏ 14°. 46′. ♃ 12. Ophiuchi 6°. 33.

Item ♀ 1 ♏ 27°. 20′. ♀ 2. ♏ 28°. 27′.

Item ♀ 10. Ophiuch. 8°. 15′. ♀. ♃. 13°. 10′.

Die eadem, nocte seq. circa H $9\frac{1}{2}$ alt ☾ merid. circ, p. solst. 63° 47′. tunc distab. Ora ☾ occid. & oculus ♉ 24° 26′.

Die 11. *Martij* Altit. ☉ merid. 41°. 54′.

4. *Maij* Alt. ☉ merid 60°. 12′.

Altit. ☾ merid. 65°. 12′. paulò post H. 3.

Item dist Oræ ☉ occid. & Oræ ☾ occid. 43°. 12.

Eod Vesp H. 9. dist. ♄. Can. min 18°. 42′. ♄ seq ♊. 10°. 20′ ☾ tunc ♄ conjuncta ratione longitudinis sed centrum ejus $\frac{2}{3}$° borealius.

Die 11. *Iunij* ante 10 p. m. alt. ☾ merid. 23°. 25′

H. $10\frac{3}{4}\frac{1}{8}$ noct dist. Ora ☾ occid. & ♎ aust. 18° 22′

Ora ☾ austr. & 3. ♏	6.	58
Ora ☾ bor. & 3. ♏	7.	28

Die 12. *Iun.* Alt. ☾ merid 64°. 57′ $\frac{1}{2}$

Die 25. *Iunij* H. $7\frac{1}{2}$ ante m. distab. Ora ☉ Orient. & Ora ☾ orient. 53°. 19′.

Vesperi H. 9. dist. ♃. Cor ♌ 8°. 26′. ♃ 12. Oph. 6°. 50′.

Item, ♃ 1. ♏. 13. 22. ♃ 2. ♏ 14. 10.

Die 9. *Iul.* alt. ☾ merid 21′ 14′. circa H. $8\frac{1}{3}$

H. $9\frac{1}{4}$ Ora ☾ bor. & Cor ♏ 5°. 57′.

Ora ☾ occid. & ♃ 4° 38′.

prius altit. ♃ merid. observ. 19°. 75′.

Die 11. *Iul.* Circa H. 9 p. m. altit. ♃ merid. 19° 55′

H. 10 p. m alt. ☾ mer. 16°. 54′.

Tunc distabant Ora ☾ occid. & ♃ 19°. 38′.

Die 21 *Iulij* H. $3\frac{3}{4}$ mat. distabat Ora ☾ oriental. & Oculus ♉ 33. 50. postea cum ☾ merid. transiret alta fuit. 48. 35.

Die 4. *Aug.* Alt. ☉ merid. 55°. 50′. & circa H. $5\frac{3}{8}$ alt. ☾ mer. 26° 23′. circa H. 7 altit. ♃ merid 19° 53′

Hora $7\frac{1}{8}$ dist. ♃ & Ora ☾ occid. 21°. 3′. H. 8. distabat ♃. ♏. 12. 3. ♃ 12 Ophiuchi 7. 21.

Die 5. *Aug* Alt. ☉ merid. 55°. 29′ post H. 6 p. m. alt. ☾ merid. 22 34. H. $7\frac{1}{2}$ distab. Ora ☾ occid & ♃ 9°. 1′. Luna occidentalior ♃.

Die 6. *Aug.* Alt. ☉ merid. 55°. 10′. ferè. H. 7. $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ p m. distabat Ora ☾ occid. & ♃ 3°. 0′. ☾ orientalior ♃. Ora ☾ Bor. & 12. Ophiuchi 6°. 42′. Ora ☾ aust. & 12. Oph. 7°. 14′ ♃ 12. Oph. 7°. 22′ ♃ 1. ♏ 12° 6′

Die 8. *Aug* Alt. ☉ mer. 54°. 33′ H. $8\frac{3}{4}$ p. m. alt. ☾ merid. 16°. 19′. tunc distabat Ora ☾ occid. & ‡ 6. 15.

Die 14. *Sept.* alt. ☉ merid 40. $51\frac{3}{4}$

Die 17. *Sept.* H. $4\frac{3}{4}\frac{1}{8}$. mat. dist. Ora ☾ orientalis Oculi ♉ 17. 21. Ora ☾ bor. 3. Orion. 17° 27′. Ora ☾ austral. 3. Orion. 16. 53. Mox Hor. 5. alt. ☾ mer. 64. 5.

Die 18. *Sept.* Circ. H. 6 mat. alt. ☾ merid. 65° 4[illegible] tunc diameter ☾ 36. alt. ☉ mer. 39° 20′.

Die 21. *Octob.* H. 6. m. dist. ♂ 7. ♍ 5°. 35′. ♂ Spica 8°. 50′.

Annus Christi 1593.

Die 2 *Ian* H. 8. Vesp. dist ♄ 1. Can. min. 15° 54′. ♄ seq. ♊ 8°. 51′. ♄ præcedentis ♊ 13°. 24′.

Die 4. *Ian.* H. $9\frac{1}{2}$ p. m. distab. Ora ☾ occid. & Ocul. ♉ 17° 56.

Ora ☾ austr. & dext Hum. Orion. 15°. 50′

Ora ☾ Bor. & dext. Hum. Orion. 16. 24.

Die 4. *Martij* H 8. Vesp. ♀ 1. infor. ♈ 24° 1470. ♀ oculus ♉ 800. 1358.

Die 10. *Martij*, alt. ☉ merid. 41°. 23′ $\frac{1}{2}$. postrid. 41°. 47′. postr. 42°. 9′.

Die 14. *Martij* mane alt. ☾ merid. 16°. 5′. Eod momento distabat Ora ☾ Orient. & ♃ 600. 1409

Die 16. *Martij* alt. ☾ merid. 43 46.

5. *Maij* H. 8. Vesp. ♀ 1. ♊. 200. 1375. ♀ 2. ♊ 200. 1378.

12. *Iunij* Alt. ☉ merid. 64°. $56\frac{3}{4}$′

Die 13. *Augusti* Circ. H. 9. Alt. ☾ merid. 66. 48. H $9\frac{1}{2}$ distabat Ora ☉ Orient. 1200. 1531.

Die 22. *Aug.* H. 9 p m. ♃ 11. ‡ 60. 1282. ♃ 3 ♑ 400. 1364. ♃ alt. merid, 18.



VEntum est ad Annum ÆRÆ CHRISTIANÆ 1582. Is Astronomiæ per ea tempora, renascenti, non infelix aut pœnitendus illuxit.

Eo Anno, GREGORIUS XIII. PONT. MAX. *Calendario Iuliano* novas leges dixit, ut ad Nicenos Canones, & SS. PP. Decreta propiùs decurrerent.

Eodem Anno TYCHO BRAHEUS *Commentarios Animad-versionum Cælestium* exorsus est, quos ab IMP. CÆSARE FERDIN. III. vindicatos, qui nunc rebus imperat LEOPOLDUS IMP. CÆSAR OPT. MAX. bono publico, & litteratorum Usui, in publicum sub nomine HISTORIÆ CÆLESTIS emittit.

Atque hic attineret ante omnia ipsius *Brahei Natales*, ac prima Juvente ausa, & conatus, Astronomiæ restaurandæ impensos, producere.

Sed eum laborem ante paucos annos occupavit *Doctiss. Cassendus*, & quic quid, vel ex *Brahei Epistolis*, vel ex *Cæsij* aliorumque relatione acceperat, magna fide ac diligentia comportavit.

Neque nobis constitutum est ea, quæ vel *à Gassendo*, vel ante *Gassendum* aliquantò pressiùs à Doctissimo *Ricciolo* exposita sunt, isthìc inutiliter repetere, & falcem in eam messem mittere, quam viri docti, & de re Astronomica optimè meriti, anteverterunt.

Spicilegium tamen aliquod institui, ex ijs præsertim manipulis, quæ ad dignoscendos hosce *Libros Commentarios*, *propiùs spectant*. quid vetat?

Auctorem Commentariorum primo omnium produci decuit, ut hominis de Astronomiâ, & Posteritate optimè meriti, saltem *Vmbra, & Imago* superesset.

Id fieri ex Tychonis mente, omnes quos hic damus Commentarij loquuntur, qui hanc Tychonis Effigiem præferunt, lineis seu Lemniscis aureis expressam, cum hâc Epigraphe:

Híc patet interior Tychonis forma Brahei
Pulchrior enteat, quæ latet interior.

Cæterum BRAHEUS illic Græco cultu, & ad morem sui sæculi *palliatus* apparet; Nobis placuit eundem more Romano *Togatum dare*, prout semetipse in Quadrantis Muralis area expressit, quo habitu etiam PRAGÆ depictus erat, priusquam *Annis superioribus in Gothiam* navigaret.

POrto de Natalibus Viri magni, & BRAHEANA Familiâ, aliquid hic adjicere supervacuum est, quando ea familia hodie REGIIS AFFINITATIBUS innexa suspicitur, postquàm ESSA BEATA, BRAHEI MAGNI ARCHIDAPIPHERI, REGNI SUECIÆ filia, SEREN. ADOLPHO JOANNI, FRATRI REGIS SUECIÆ, in manum convenit, eâdem *astronomia fortunâ*, quæ Ptolemæum, ut alij existimant, priscis *Ægypti Regibus* Ortum, excolendis Sideribus admovit.

Prima juventæ ausa animosque illa ætate se efferentes, leges apud *doctissimum Gassendum*, quæ nos consulto præterimus, ne quibus laudare *Braheum* toto hoc opere propositum est, necesse sit *primas* adolescentiæ *origenes*, à *Constantino Rhinotmeto* repetere.

Cæterùm *Braheanæ Astronomiæ Admiratori* nihil, ut opinor, potius erit quam *Braheum ipsum* de se, suisque iu Astronomia excolendâ conatibus loquentem audire; sic air: in Astronomia mechanica, quam Anno 1598. *cum jam Dania* excessisset RUDOLPHO II. CÆS. AUG. dedicavit.

DE IIS QUÆ HACTENUS in Astronomicis DEI Dono, *exantlavimus, quæque posthac eodem favente, exequenda restant.*

ANNO *Domini* 1563 ante *annos* nimirum 35. quo tempore conjunctio illa magna superiorum Planetarum, circa finem *Cancri*, & initium *Leonis* contigit, juxta ætatis nostræ annum decimum sextum completum, Lipsiæ literis humanioribus operam dabam, sustentante me isthic, unà cum Pædagogo, Patruo meo charissimo GEORGIO BRAHE, qui ante annos circiter 30. fatis concessit. Parens enim ipse meus honorandæ memoriæ, OTTO BRAHE filios suos, quos quinque habuit, quorum ego sum primogenitus, *literis latinis* imbui, non ad modum expetebat, cujus tamen ipsum postea pœnituit. Educavit verò me ab ipsa infantia, dictus *Patruus*, & deinceps liberaliter aluit quoad vixit, usque in ætatis meæ annum decimum octavum, semperque Filij loco habuit, atque in hæredem adoptare constituerat Erat enim ipsius conjugium sterile, in uxorem ductâ Nobilissimâ, & prudentissimâ Dominâ INGERA OXONIA, magni illius PETRI OXONII postea Regni Daniæ, Aulæ Magistri, Sorore, quæ ante quinquennium diem obijt, quæque me etiam, dum vixit, instar filij, singulari amore complexa est. Hæc postea per duodecim annos in Gynecæo Reginæ, tempore Regis FRIDERICI II. laudatissimæ Memoriæ, Aulæ magistra fuit, succedente illi in eodem officio matre meâ charissimâ, & honorandissimâ BIELLA per octennium, quæ etiamnum ex DEI gratia Superstes est, agens Annum ætatis 71.

Factum itaque peculiari quadam sorte, ut ego à Patruo prænominato, Parentibus ipsis inscijs in Infantiâ abreptus, ab eo circa annum ætatis septimum Scholæ Latinæ adhibitus sim, & juxta decimum quartum posteà annum, Lipsiam studiorum continuandorum gratiâ missus; ubi per triennium moratus sum. Quæ ob id paulo altiùs repeto, ut constet, quâ occasione studijs liberalibus primùm applicatus, posteà Astronomicis animum adjecerim, utque Parentum, de me benè meritorum memoriam grate recolam.

Cùm verò jam anteà ex Libris in Daniâ Patriâ meâ, præsertim Ephemeridibus (ut veniam eò quo constitui) Rudimentorum Astronomiæ, cni Naturali quadam inclinatione addictus eram, initia nonnulla jecissem; cæpi tunc Lipsiæ, utut invito & reluctante Pædagogo, qui me Juris prudentiæ operam dare maluit, Parentum voluntatem prætendens, (quod & nihilominus, quantum per ætatem licuit feci) ex libris tum coemptis, Astronomiam magis magisque. Secreto tamen, ne Pædagogus subolfaceret; excolere, moxque successivè Asterismis Cæli dignoscendis adsuescere, quos omnes, quotquot in illo Horizonte commodè visebantur, ex Globo quodam parvo, fatem instar pugni, quem mecum tacitè Vespertinis temporibus gestare solebam. intra Mensis spatium, proprio Marte, & nullo præmonstrante didici, quemadmodum neque aliàs in Mathematicis præceptorem habere contigit. Ceteroquin citius in ea & plus fortè profecissem.

Planetarum etiam motionibus mox attendebam. At quoniam ex commixtionibus eorum cum fixis stellis, tum quoque per lineas hinc inde ductas animadvertebam, vel ex parvulo isto Globo, loca eorum Cælestia non congruere, calculo sive Alphonsino, sive Coperniceo, licet huic magis quàm illi appropinquarent; posteà indies diligentiùs illorum apparentijs denotandis invigilavi, & subinde cum Calculo Tabularum Prutenicarum. (Nam & hunc mihi proprio studio familiarem tunc reddideram) contuli, Ephemeridibus non confidens: Siquidem Stadianas, quæ tunc solæ ex ijs Numeris derivatæ extabant, plurimis in locis indiligentes & mendosas comperissem.

Sed cùm Instrumenta nulla in promptu haberem, in-

invidente mihi ea Pædagogo, Circino quodam majuſculo rem ab initio, quantum fieri potuit, exequebar, applicatâ videlicet juncturâ ejus oculo, & utroque pede in planetam obſervandum, & Stellam aliquam fixam vicinam directo, aut etiam ſic capiendo binorum Planetarum inter ſe diſtantias, pro magnitudine Circuli, Gradus interceptos Mechanicè rimabar. Licet autem hæc obſervandi radio non ſatis exacta foret; tamen hinc eò perductus ſum, ut utriusque calculi errores intolerabiles manifeſtiſſimè deprehenderim. Quod & Conjunctio illa magna Anni 1563. de quâ ab initio dixi, & ob id etiam potiſſimùm ab eâdem exorſus ſum, in motu Saturni & Jovis, ſatis ſuperque prodidit: Siquidem ea Alphonſinos numeros integro menſe fefellerit; Copernici aliquot etiam diebus, licet pauculis.

Nam ejus reſtitutio in hiſce duobus planetis non uſque adeò à cæleſti normâ digreditur, præſertim quoad Saturnum, quem nunquam ultra dimidium Gradum, vel ad ſummum beſſe unius, Copernici in Cælo eludere calculum animadvetti, Jupiter interdum aliquantò majorem ſuggerit differentiam.

Poſteà Anno 1564. Radium quendam Aſtronomicum è ligno mihi clanculariè confieri feci, ex præſcripto Gemmæ Friſij, quem per puncta transverſalia ab Homelio ſuo Præceptore hauſta, diligenter diſtribuebat Bartholomæus Scultetus, qui tunc etiam Lipſiæ degens, ob communia ſtudia mihi familiaris erat. Hoc radio adepto, ſtrenuè poſteà Siderum obſervationibus, quotiescunque Serenitas grata concedebatur, operam dabam, & ſæpè integras noctes dormiente, & ignorante Pædagogo, è feneſtrâ Tabulati cujusdam, ijs capiendis invigilavi, atque ſeorſim Libello cuidam, quem etiamnum Conſervo, inſcripſi.

Percepì autem paulo poſt, Angulos diſtantiarum vario modo ſecundum diviſiones Radij æquales acceptos, & Geometricè interveniente Regulâ proportionum in numeros relatos, ſibi ipſis non per omnia congruere. Quare indagatâ erroris occaſione, Tabellam adinveni, quâ Radij iſtius vitia emendare licuit. Neque enim novum confieri curare, mihi tunc ſuppetebat commoditas. Pædagogus enim, qui pecuniæ præſuit, talia mihi fabricari non conceſsit. Sicque multas obſervationes eo Radio, quàm diu Lipſiæ morabar, & poſteà etiam in Patriam revocatus exequebar.

Deinde rurſus in Germaniam abiens, primùm Witebergæ; moxque Roſtochij Sideribus, quantum licuit attendebam. Circa Annum vero 1569, & ſequentem, Auguſtæ Vindelicorum verſans, præter Quadrantem illum maximum, quem in horto Conſulis, extra Urbem elaboravimus (de quo ſuprà ſuo loco dictum) alio quodam Inſtrumento, ſextante nimirum ligneo, à nobis iſthic excogitato Sidera creberrimè obſervabam, & peculiari Libro denotata conſignabam: quod & poſteà, in Patriam denuò reverſus, diligenter alio quodam ſimili, ſed nonnihil majore effeci; præſertim cùm admiranda illa Stella nova, quæ Anno 1572. illuxit, me à Pyronomicis laboribus, quibus Auguſtæ Vindelicorum inchoatis, & tunc continuatis plurimùm inſudabam, ad Cæleſtia conſideranda revocaſſet; quam etiam diligenter obſervatam, primùm tunc temporis parvo quodam Libello, tandem integro volumine fideliter & accuratè deſcripſi.

Poſteà ſucceſſivè alia atque alia Organa Aſtronomica confici curavi, quorum aliqua mecum per totam Germaniam iterum peregrinando, & aliquam partem Italiæ tranſeundo, adſportavi, ubi in mediis itineribus à Siderum obſervationibus, quoties commoditat dabatur, non deſtiti. Demûm verò in Patriam circa Annum ætatis 28. reverſus. præparabam mea pauiò poſt tacitè, ad alium & diuturniorem abitum: Nam conſtitueram Baſileæ Rauracorum, aut in viciniâ, ſedem habitationis meæ eligere, quas & anteà ob id perluſtraram; ut ibi Aſtronomiæ inſtaurandæ fundamina ponerem. Placuit enim ille locus præ cæteris Germaniæ, cùm ob Academiam celeberrimam, viroſque illic inſigniter Doctos, tum aeris ſalubritatem & victus commoditatem: quodque Baſilea eſſet, quaſi in concurſu trium ampliſſimarum Europæ Regionum, Italiæ, Galliæ & Germaniæ; ſicque cum multis hinc inde Illuſtribus, & Eruditis Viris familiaritatem per literas contrahere liceret, atque mea inventa, eò latiùs in publicum uſum ſpargere.

Præſentiebam enim, me non ſatis commodè & tutò hæc ſtudia in Patriâ excolere poſſe, præſertim ſi in Scania, atque ſede meâ Knudtſtorpianâ, aut alibi in amplâ quadam Daniæ parte hærerem, ubi Nobilium, & Amicorum creber eſſet concurſus, qui talibus, otium Philoſophicum interrumpendo, impedimento eſſent.

Verùm enim verò accidit, ut dum hæc animo ſecretò volverem, jamque me itineri tanquam id non agens, accingerem, Sereniſſimus & Potentiſſimus Rex Daniæ & Norvvegiæ FRIDERICUS II. laudatiſſ memoriæ, unum ex Nobilibus ſuis pueris Knudtſtorpium ad me cum Literis Regijs mitteret, quæ, ut ſe confeſtim accederem, ubicunque in Zelandiâ reperiretur, jubebant. Poſtquam igitur actutum comparuiſſem, optimus ille, & nunquam ſatis laudatus Rex, ſponte ſuâ & clementi voluntate mihi Inſulam illam celeberrimamPorthmi Danici, Huennam noſtratibus dictam (quam Latiniùs Venuſiam appellare licet, exteri Scarlatinam nuncupant) obtulit, utque in ea ædificiâ, atque Inſtrumenta pro exercitijs Aſtronomicis, tùm quoque laboribus Pyronomicis fieri curarem, rogavit, ſeque ſumptibus liberaliter ijs proviſurum, clementer addixit.

Re itaque aliquantiſper deliberatâ, & communicato cum Prudentibus conſilio, Regiæ voluntati mutatâ priori ſententiâ, non invitè acquievi, præſertim cum viderem, me in iſtâ Inſulâ, quæ ſeorſim inter Scaniam, & Zelandiam poſita eſt, à ſtrepitu interpellantium liberari, atq ue otium & oportunitatem, quam alibi quærebam, etiam in Patriâ, cui præ cæteris Regionibus plurimùm debemus, mihi ſic concedi poſſe.

Mox igitur Vraniburgum Arcem, Aſtronomicis rebus idoneam exſtruere cœpi. Anno nimirum 1676, & ſucceſſive, tam ædificia, quam Inſtrumenta Aſtronomica obſervationibus accuratè inſtituendis idonea abſolvi, quorum præcipua pars, hoc Libro deſignata & explicata eſt eſt. Intereà etiam obſervationibus ſtre-

nuè invigilabam, accitis in harum ministerium pluri-
bus studiosis, acumine ingenij & visus pollentibus[,
quos alios, post alios illic continuè sustentavi, ac hisce
disciplinis & pluribus alijs Philosophicis instruxi.
Sicque Dei benignitate factum est, ut nulla fermè se-
renitate prætermissa, plurimas, easque exactissimas ob-
servationes Cœlestes Astronomicas adepti simus; idq;
tam in fixis stellis, quàm omnibus Erraticis, tum quo-
que Cometis intereà elucescentibus, quos septenos ist-
hic Cœlitùs accuratè denotavimus.

Peractæ autem sunt hac ratione ibi 21. Annorum
sedulæ observationes, quas primùm in magnis Volu-
minibus conscriptas, *posteà seorsim in singulos Libros,*
pro quolibet nimirum Anno distribui, & ad mundum
describi curavi: idque tali ordinatione peregi, ut stel-
læ fixæ seorsim, qootquot illo Anno denotatæ fuêre,
suum haberent locum. Planetæ verò omnes pro-
prium peculiariter & distinctè, incipiendo à Sole &
luna, ac per reliquos quinque Planetas transeundo us-
que in Mercurium. Nam ne hunc quidem inobserva-
tum reliquimus utut rarissimè pateat.

Quinimo singulis penè Annis 15. à nobis, tam ma
tutino tempore, quam vespertino diligenter denota-
tus est: quamvis magnus ille Copernicus se, quod hunc
non observarit, ob sphæræ nimiam inclinationem, &
Vistulæ fluvij vapores excuset: Cúm tamen nos in pau-
lò adhuc inclinatiore Sphæra, inque Insula undique
mari, magis vaporoso cincta, eum multoties (uti di-
ctum) conspexerimus, atque demensi simus. Sed fortè
ædes habitationis Copernici non erant ita dispositæ,
ut liberum undiquaque præberent Horizontem; Ideo
que minùs observationibus, præsertim ejuscemodi de-
clivioribus commodæ essent. Quod & retulit mihi
studiosus ille meus, quem ante annos 14. eò, altitudi-
nis Poli examinandæ causa abligâram. Quocircà
Copernicus proprijs in Mercurio denotationibus de-
stitutus, nonnullas ex Libro Observationum Gualteri,
discipuli Regiomontani, & civis Norimbergensis mu-
tuari coactus est; quas licet non satis fideliter & præ-
cisè suis placitis atque demonstrationibus applicuerit;
tamen optandum foret, ut in reliquis Planetis, quos
ex suis observationibus restituere ingenti ausu labora-
vit, non multò incertiores obtinuisset. Tunc certè
Apogæa, & excentricitates eorum, reliquaque huc con-
ducentia longè emendatiora nunc haberemus: egoque
multorum annorum maximis, & indefessis laboribus
Sumptibusque ingentibus parcere potuissem. *Quare*
cum 21. Annorum selectissimas & accuratissimas obser-
vationes variis, & affabre elaboratis Organis, quæ in an-
tecedentibus ostendimus, Cœlitùs conquisitas in promptu
aabeam, (ut nihil nunc de 14. antecedentium annorum
hnimadversionibus dicam) eas RARISSIMI, ET PRE-
TIOSISSIMI THESAVRI LOCO CVSTODIO:
quas tamen cunctas aliquando fortè, publici Iuris fa-
ciam, ubi adhuc plures ijs adjungere, Divina concesse-
rit Clementia.

Ex quibus omnibus liquet, me inde à decimo sexto
ætatis anno, siderum observationibus adsuevisse; eas-
que per annos penè continuos 35. hucusque conti-
nuasse: inter quas aliæ tamen sunt alijs certiores &
præstantiores. Nam eas, quas Lipsiæ in pueritia, &
usque ad annum ætatis vicesimum primum peregi,
pueriles, & dubias appellare soleo. Quas verò posteà
usque in vicesimum, octavum annum adeptus sum;
juveniles, & mediocriter se habentes voco. Tertias au-
tem, quas post modùm Vraniburgi exc&issimis illis
Instrumentis in maturiore ætate per 21. fermè annos,
usque in ætatis completum quinquagesimnm maximâ
diligentiâ demensus sum, viriles, ratas, & certissimas
appello & censeo. Quibus etiam potissimum Astro-
nomiæ redintegrationem fundare, atque exstruere ar-
duis conatibus enitor, licet & nonnullæ ex præceden-
tium annorum observationibus huc non parum con-
ducant.

Quæ verò in his ex Dei ope hactenus præstitimus,
atque elaborata habemus; quæque inposterum ejusdem
Numinis beneficio exequenda, perficiendáque restant,
in hunc modum se habent:

SOLIS ante omnia ex plurium annorum accura-
tissimis observationibus restituimus motum, non sal-
tem Æquinoctialibus ingressibus accuratissimè rima-
tis, sed & locis his atque Solstitialibus punctis inter-
medijs unà adhibitis, præsertim in Boreali Eclipticæ
Semicirculo; siquidem ibi refactionibus Sol meridia-
nus non sit obnoxius. Idque utrinque multotiens
comprobavi; atque hinc tam Apogæum quàm Excen-
tricitatem Solis hisce temporibus correspondentia
Geometricè deduxi; in quorum utroque evidens error
tam Alphonsinis quàm Copernico irrepsit; adeò ut
Apogæum ternis proximè Gradibus Coperniceos nu-
meros antevertat, & Excentricitas sit $2\frac{1}{8}$ partium ferè;
qualium Semidiameter Excentrici 60. ubi apud Co-
pernicum penè quarta pars unius desideratur. In sim-
plici etiam motu Solis constituendo hisce annis quasi
quarta parte unius Gradus errorem committit. Inde
Alphonsiniana, cum Coperniceis collata æstimari po-
terunt.

Deduxi verò hinc tam æqualium motuum, quam
Prostaphereseon Canones numeris exactis: ut de So-
lis curriculo ad amussim verificato, numerisque ido-
neis patente, non ampliùs dubitandum sit. Atque
hoc ut in Sole omnium primò fieret, omninò necessa-
rium sit erat: Siquidem is norma Cœlestium motuum
existat, & Eclipticam, ad quam reliquæ motiones re-
feruntur, describat. Cujus etiam ab Æquatore obli-
quitatem maximam aliam deprehendi, quam Coper-
nicus, & ejus coætanei; utpote part. 23. Min. $31\frac{1}{2}$ Ideo-
que $3\frac{1}{2}$ minutis illorum inventione majorem, præca-
vendo nimirum refractionem Solis in Brumali situ,
quam illi inconsideratè neglexerunt. Providimus
etiam Soli peculiaribus Revolutionum canonibus:
tum quoque Declinationum, & Ascensionum Recta-
rum novos canones nostris inventis fundatos addidi-
mus. Quin & Parallaxibus, & refractionibus ejus
Tabellis singularibus consuluimus.

IN LVNA etiam non minorem adhibuimus dili-
gentiam, ut ejus errores salvarentur, qui multifariâ
perplexitate involvuntur, nec adeò simplices sunt, aut
tam facilë patent, ut veteres, & Copernicus existimâ-
runt. Nam & aliam quandam habet ea inæqualitatis
insinuationem secundum longitudinem, quàm, ab ijs
animadversum est. Nec etiam proportiones Circui-
tuum satis præcisè in ea denotârunt. Quin & latudi-
nis maximæ alios illa exhibet limites, quàm à Ptole-
mæo præflnitum, quem hac in parte nimis securè
omnes cæteri Astronomi postea secuti sunt: Imô &

hanc

hanc ipſam inæqualiter mutat Luna ad differentiam tertiæ partis unius Gradus. Nec etiam nodos eos, ubi Eclipticam ejus via tranſit, æquali motui, uti hactenus exiſtimatum, ſubijt, ſed ſingulis revolutionibus hinc inde nutare facit; idque ſenſibili diſcrimine, quod à qualibet parte ſeſquialterum Gradum nonnihil excedit. Quemadmodum hæc omnia ex 16. annorum diligentiſſimis obſervationibus, & animadvertimus & reſtituimus: inter quas 18. ſunt Lunares Eclipſes, accuratè Cœlitus denotatæ. Neque enim ternæ ſufficiunt ad primam ejus inæqualitatem ſcrutandam, veluti Ptolemæus, Albategnius, & Copernicus opinabantur. Adhibitæ ſunt etiam in conſilium ſex Ecclipſationes ſolares, quatenus eæ hûc quidpiam conducerent. Et prætereà Luna in quadraturis, & maximis elongationibus à medio motu tam circa Apogæum quàm Perigæum, locáque intermedia multifariam & ſæpiſſimè explorata; ut intricatus ejus motus ritè conſtare poſſet: Qui nos multorum annorum incredibili labore torſit.

Adinvenimus tamen demùm rationes, quibus ejus inſtabiles & multiformes divagationes Circulis & Numeris parêrent. Ideoque conſtituta alia & apparentis conſona Hypotheſis, Numero tam æqualium quam inæqualium motuum, non ſolùm in longitudine, ſed & latitudine adaptavimus, & Parallaxibus ejus aliter, quàm à Ptolemæo & Copernico factitatum eſt, prout experientia ipſi unà Hyppotheſi conſentiens requirebat, proſpeximus: nec etiam refractionum Lunarium curam omiſimus; cúm ſine his cætera non exactè dignoſcantur.

Quæ omnia & nonnulla alia Lunares apparentias concernentia, in Canones ſuccinctos redacta, calculo, motibus ejus inde eruendis deſtinavimus. Quare ſic reſtituto utriuſque Luminaris curriculo, ut ipſis apparentijs Cœleſtibus correſpondeat, tam Ecclipſes eorundem quàm cæteræ configurationes, motus atque ingreſſus poſt hac rectiſſimè conſtare poterint: quod hactenus diu deſideratum eſt.

Quæ verò hucuſque de Solis & Lunæ, quoad motus eorum Cœleſtibus analogos, reſtitutione dicta ſunt; ea & his plura; caput primùm Progymnaſmatum noſtrorum Aſtronomicæ inſtaurationis luculenter expediet. Ibi horum cupidus voti compos reddetur. Reſtat ſolummodò in Luminarium horum ulteriore conſideratione, ut omnia pluribus ſæculis adaptentur, & univerſaliora reddantur; quod non adeò magno negotio præſtari poterit, quatenus veterum & anteceſſorum obſervationes, quibus inniti oportet, ritè ſe habent. Hanc verò pleniorem, & Catholicam expoſitionem in opus Theatri Aſtronomici reſervamus. Interim Aſtronomiæ addictus ijs quæ in Progymnaſmatis citato loco tradidimus, admodum utiliter frui poterit, & ſuo ſatisfacere deſiderio.

Prætereà STELLAS INERRANTES ſive fixas omnes, quotquot viſui utcunque patent, adeoque etiam eas, quæ ſextæ appellantur magnitudinis, interim etiam accuratiſſimè verificavimus, tàm ſecundum longitudinem quàm latitudinem in ipſo minuto, adeoque nonnunquam ejus ſemiſſe: Suntque hoc modo mille à nobis rectificatæ ſtellæ, cùm veteres non niſi 22. plures numerârint, qui in rectiore Sphæra habitantes, ultra 200 cernere poterant, quæ nobis hîc ſemper latent: in quarum tamen locum nos alias minutulas reſtituimus ab ijs ob parvitatem prætermiſſas.

Laboravimus in hoc arduo opere penè 20. annis, eò, quod varijs inſtrumentis rem omnem accuratè experiri voluimus. Quia verò minutulæ ſtellæ non niſi hyeme, cùm obſcuræ ſunt noctes, & latente tunc inſuper Lunâ cernuntur. Ideò multorum Annorum requirebatur expectatio, antequam hæc debitè & ſufficienter abſolvi poſſent: cùm etiam circa ipſa novilunia, quando hæc potiſſimum praxi ſubjicere oporteat, rarò fuerit ſerenum.

Qua verò ratione per Venerem tam Eôam quàm Veſpertinam intermediante Sole infixarum, quoad longitudines ab Æquinoctio, exactam cognitionem pervenerimus; & multifariùm id ipſum comprobaverimus, revocatis omnibus ad eam quæ lucidior eſt ſuprà caput ♈ numero tertia (quam datâ operâ pro fundamento reliquarum conſtituimus, cùm duæ anteriores minus pateant) caput ſecundum dictorum Progymnaſmatum abundè expediet, unâque, quâ rationes alias hinc deduxerimus: & primò, quomodo triplici ratione per totum Cœli ambitum juxta Zodiacum & Æquatorem ſelectiores quaſdam in totius Circuli maximi exactam completionem redegerimus.

Animadverti etiam, non tantam eſſe in longitudinibus earum inæqualitatis perplexitatem, quantam exiſtimavit Copernicus. Ea enim quæ is circa hæc imaginatus eſt vitio obſervationum tam veterum quàm recentium irrepſerunt. Quare etiam Æquinoctij præceſſio hiſce Annis non adeò tarda eſt, prout ille voluit. Neque enim in centenis nunc Annis fixæ ſtellæ unum gradum conficiunt, ut fert ejus calculus, ſed ſolummodò in $71\frac{1}{2}$. Quod & anteà ſemper ferè, ſi ritè limitentur anteceſſorum obſervationes, facere conſueverunt, modicâ ſaltem & aliunde per accidens incidente irregularitate: ut ſuo tempore, volente Numine, latiùs aperiemus.

Quin & latitudines fixarum pro variatione obliquitatis Eclipticæ nonnihil alterari, primus adinveni, atque dicto Capite varijs exemplis demonſtravi. Sicque ſatis ſupérque teſtari poſſumus, ipſaque experientia ſuffragabitur, ſummâ & infallibili accuratione fixarum loca à nobis eſſe verificata; adeô, ut plurimas ex ijs multoties diverſis etiam Inſtrumentis comprobaverimus ſingulis in unum coincidentibus

Nec mechanicè negotium hoc executi ſumus, utut Globus maximus Orichalcicus in promptu fuerit. Verùm omnes ſtellas per triangulorum rationes laborioſè in debita loca redegimus: prout vel ex ijs patet, quæ de Caſſiopeæ Aſteriſmo (in quo nos 26. ſtellas, duplo plures quàm veteres numeramus) circa finem ejuſdem Capitis exhibuimus: licet pluribus etiam Triangulorum applicationibus & ratiocinijs in alijs atque alijs ſtellis, prout commodius viſum, uſi fuerimus.

Si veteres & prædeceſſores noſtri tantam adhibuiſſent diligentiam in denotandis fixarum locis, nequaquam tam vicioſus fuiſſet eorum abacus, inde ab Hipparcho ad nos perveniens, qui nè quidem in ſexta illa gradus partè, quam ſolummodò exhibet, ritè conſtat: Sed & longè majorem, atque intolerabilem ſæpenumerò inſinuat deviationem: quod vel ſolæ intercapedines ſtellarum, quæ ſemper invariatæ permanent, liquidò oſtendunt. In plurimis enim ſtellis hæ longe

aliter se habent, quam numeri veterum exigunt. Consistere autem fixas omnes in ijsdem ad invicem perpetuo intercapedinibus, vel hæ sufficienter probant, quas Hipparchus & Ptolemæus in linea simul esse recta, prodiderunt: Siquidem idipsum adhuc invariatum permaneat. Earum fixarum, quarum nos longitudinem & latitudinem in ipso minuto, adeoque interdum ejus semisse (uti dictum) redintegravimus, Canonicam expositionem, suo tempore & loco dabimus.

Nec solummodò circa longitudines & latitudines fixarum accuratè constituendas occupati fuimus; sed & in præcipuis quibusdam, numero 100. Ascensiones rectas & Declinationes, per Triangulorum ratiocinia inde derivavimus, atque duobus Sæculis, ita adaptavimus, ut singulis intermedijs Annis unà proportionabiliter satisfieri posset. Refractionibus insuper Stellarum peculiari Tabella subvenimus è diutina & multiplici experientia constructa. Nisi enim hæ præcaveantur, ipsissima, fixarum loca, præsertim ubi Horizonti in vicesimum Altitudinis Gradum appropinquant, haberi nequeunt. Quare semper etiam in locis Stellarum à nobis emendatis, refractionum insinuationi, ubi opus fuit providimus Habent verò hæ refractiones (ut hoc quoque obiter hic moneam) se paulò in Stellis aliter, quàm in Sole. In quibus etiam, ab ijs, quæ Luna ingerit, nonnihil differunt: veluti hæc à nobis jam dudum & extricata & patefacta sunt.

Desideratur itaque jam nihil aliud in affixis Sideribus, quàm, ut earum motus universalis, redditus omnibus mundani ævi Sæculis adaptetur. Quod accuratè præstare non foret difficile, modò veterum in his Observationes non nimis lato modo acceptæ fuissent. Attamen limitatione convenienti adhibita, & hac in parte, quoad fieri poterit, Astronomiæ cultoribus me satisfacturum confido.

Optandum verò foret, ut reliquæ etiam Stellæ antiquitùs notatæ, quæ in nostro Climate non apparent, prioribus millenis à me verificatis adjungerentur: tam quoque aliæ, quas nè veteres quidem in Tractu Ægypti habitantes cernere poterant, quæ juxta Polum antarcticum extant. Nam pulcherrimas ibi quoque splendere Stellas, relatione eorum, qui ultra Æquatorem navigarunt, accepimus. Quantum verò ad primum attinet, in Ægyptum vel similem Africæ situm proficiscendum foret, atque illic Stellæ, quotquot exoriuntur, sedulò denotandæ. In altero obtinendo ad Americam Australiorem, vel aliam Regionem ultra Æquatorem navigandum, ubi omnia sidera circa Polum antarcticum visuntur, atque isthic Observationes earum instituendæ. Quare si qui Illustres & Potentes Domini in altero horum vel utroque nostris & aliorum desiderijs subvenire non degravati fuerint, egregium sanè quid præstiterint, & perpetua memoria ad omnem posteritatem celebrandum: si quidem id à nemine hactenùs, quod scitur, debito modo tentatum sit, nedum absolutè præstitum. Ego Instrumentum & media huc conducentia subministrare non detrectabo: modò sint, qui hoc & procurare velint, & idoneis hominibus tam laudabili negotio prospicere

Demùm PLANETARUM reliquorum quinque errores scrutari, atq; hisce excusandis subvenire, non intactum reliquimus: sed in hisce omnibus tam Apogæa quàm Excentricitates, quod principaliter requirebatur, tum quoq; simplicem eorū motū, ac orbiū & circuituū proportiones, ita in integrum digissemus, ut erroribus veluti hactenus, non scateant, & in ipsis Apogeis aliam quandam adhuc latere inæqualitatem priùs non perspectam deprehendimus: tum quoque circuitum illum annuum, quem Copernicus per motum terræ in orbe magno, veteres secundum Epicyclos excusarunt, variationi cuidam obnoxium esse perspeximus: Quibus omnibus, atque cæteris hûc pertinentibus peculiari quâdam Hypothesi à nobis ante 14. Annos ex ipsis apparentijs adinventâ & constitutâ cònsuluimus; quam alij quidam, inter quos tres notabiles scio, posteà pro sua inventione sibi arrogare, & alijs venditare nimis perfricta fronte non erubuerunt: veluti suo tempore & loco V. D. occasiones horum indicabo, atque eorum nimiam licentiam reprimam & redarguam, itaque se habere, adeò evidenter convincam, ut non sit sincero judicio præditis hæsitandi aut contradicendi locus. Parcam verò ijs, si ingenuè admissum fassi fuerint, & mihi mea restituerint. Ideoq; à nominandis illis nunc volens abstineo.

Latitudines quoque Planetarum inemendatas, prout prædecessores nostri inde à Ptolemæo, non permisimus; sud ijs in quinque etiam Planetis diligenter per totum circuitum attendentes, alimetas aliósqne per Eclipticam transitus definivimus, ut omnia ipsi Cœlo congrua sint: in quibus id evidenter animadvertimus, trium superiorum Planetarum nodos, sive limites maximarum latitudinum, Apogæorum motui non esse conformiter obnoxios; sed alium obtinere per se proprium, si modò ea quæ à Ptolemæo de his tradita sunt, rectè se habent, à quo tam Alphonsini quàm Copernicus sua mutuati sunt, nec ullam ex Observationibus proprijs correctionem adhibuerunt. Vnde fit, ut Planetæ nonnunquam in Cœlo sint Australes, cùm eorum numeri illos Boreales exhibeant; atque econtrà.

Restat igitur nihil aliud in quinque errantibus stellis pariter exantlandum, quàm ut hæc, quæ circa longitudines & latitudines, atque omnia hûc pertinentia aliter se habere, quàm ferunt usitatæ Tabulæ, jam ultra 15. Annos (ut de 10. prioribus nunc taceam) cœlitùs deductis accuratis Observationibus, explorata & constituta habemus, in novos & competentes Canones redacta, numeris exponantur; quorum etiam quædam initia & fundamenta jam à nobis jacta sunt.

Cætera per aliquot Calculatores non difficulter compleri poterint, & posteà sequentium Annorum, quotquot lubuerit, Ephemerides hinc expangi. Idèmque in Sole & Luna, quorum Tabulas jam in promptu habemus, præstari, quo sic futuris temporibus minimo negotio probari poterit, motus Corporum Cœlestium à nobis restitutos ipsis apparentijs congruere, & undiquaque rectè constare.

Tandem & omnimodam Astronomiæ completionem plurimùm conduceret, non saltem latitudines, sed & multò potiùs longitudines locorum terrestrium ritè cognitas habere. Quâ quidem in parte nos hactenus, quantum licuit, sedulò laboravimus, & nonnulla loca rectiùs ordinasse persuasum habemus. Verùm cùm huic negotio non sufficienter succurratur, nisi in diversis & longè dissitis locis, Ecclipses aliquot lunares pari diligentia

gentia

gentia, quoad temporum momenta à diversis etiam Observatoribus designentur: si hac quoque in parte Reges & Principes alijque Illustres & Potentes Viri, in disjunctis Orbis terreni Regionibus existentes, provisionem liberalem & idoneam adhibuerint, magnum equidem fecerint operæ pretium. Sicque Astronomia, quatenus terrestribus opus habet Horizontem differentijs, consummatior evadet. Porrò dum perennibus illis & Mundo coævis Cœli corporibus indefesso studio plurimis Annis sedulò attendimus; adscititia etiam ejusdem Ætherei Mundi corpora, quotquot intereà, illuxerunt, non minori diligentiâ perscrutati sumus: Ac primùm Novam illam, & supra modum admirandam stellam, quæ circa finem Anni 1572. apparere cœpit, atque per 16. menses duravit, antequàm conspici planè destitit. De ea (inquam) stellâ nos, cum adhuc duraret, Libellum quendam conscripsimus, (veluti etiam id suprà breviter innuimus) ejusque apparentias ostendimus. Post aliquot verò Annos hanc curam resumentes, ob miraculi magnitudinem integrum volumen de eâdem concinnavimus, quod primo Progymnasmatum Tomo certis de causis ibidem patefactis inserere libuit, ubi non solùm nostras, in stupendo hoc sidere animadversiones luculenter exhibeo, & Geometricè demonstro; sed aliorum insuper quotquot de eodem placita cognoscere & obtinere licuit, libertate Philosophica excutio, & quatenus ipsissimæ veritati congrua fuerint, nec nè, disquiro, atque in apertum deduco.

De Cometâ quoque ingentis apparitionis, qui quinquennio pòst insecutus est, peculiarem librum adornavimus; in quo pariter de eodem tam ex proprijs Observationibus & decisionibus, quàm aliorum sententijs sufficienter agimus, quibus Apologias quasdam huc spectantes, & negotium hoc Cometicum pleniùs elucidantes adjungimus: atque id totum primam partem secundi Tomi progymnasmatum sic adimplere voluimus. In alterâ circa reliquos sex minores Cometas, quos successivis aliquot Annis pari diligentiâ denotavimus, inposterum V. D. occupabimur. Quæ licet omnia necdum plane absoluta sint; præcipua tamen & magna eorum pars, quæ Demonstrationibus inserviunt, præparata. Neque enim perpetua illa sidera nobis otium reliquerunt, hisce evanidis, & citò transeuntibus nimium immorandi. Spero tamen me brevi & hanc alteram secundi ejus voluminis, favente Divinâ bonitate, completurum. In quo per omnes, quos designavi, Cometas liquìdò demonstrabo; in quibusdam aperitiùs, quibusdam verò, prout commoditas concessit, eos omnes in Æthereâ Mundi regione versatos fuisse, & nequàquam sublunari Aere, ut hactenus nobis frustra tot seculis persuasit Aristoteles, atque ejus Sectatores. Cur autem in secundo Progymnasmatum Tomo de Cometis agam, antequam ad reliquos quinque Planetas, de quibus tertio tractare animus est, me confero; rationes ibidem in Præfatione adduco: quarum hæc præcipua est, quod ex Cometis, quos reverà Æthereos esse probo, totum Cælum limpidissimum & liquidissimum esse, nullisque duris & realibus orbibus refertum, satis constare potest: Siquidem hi alias ut plurimùm observant vias, quàm ulli Orbes Cælestes suppeditare possent; & per consequens, Hypothesin à nobis adinventam nihil absurditatis admittere, cùm nulla fiat Orbium atque dimensionum penetratio, uti nulli realiter dantur.

Atque de ijs, quæ huc usque in ASTRONOMICIS partim peregimus, partim adhuc peragenda restant, sic brevibus indicasse sufficiat.

In ASTROLOGICIS quoque effectus Siderum scrutantibus non contemnendam locavimus operam, ut & hæc, à mendis & superstitionibus vindicata, experientiæ, cui innituntur, ut plurimùm consona sint. Nam exactissimam in ijs adinvenire rationem, quæ Geometricè & Astronomicæ veritati par sit, minùs duco possibile. Cùm verò huic Prognosticæ Astronomiæ parti, quæ mantica & Stochastica est, in adolescentiâ impensiùs addictus fuissem, posteaq; ob motus Siderum, quibus fundatur, non satis perspectos eam sepofuissem, donec huic incommodo subveniretur; compertis demùm exactiùs siderum vijs, eam subinde in manus resumendo, majorem subesse certitudinem huic cognitioni, utut vana & frustranea non solùm vulgo, sed & plerisque Doctis, adeoque nonnullis inter eos Mathematicis habeatur, comperi, quàm quis facilè existimârit: Idque tam in influentijs & prædictionibus meteorologicis, quàm Genethliacis, modò tempora ritè constent, & motus siderum atque ingressus Cælo consoni adhibeantur, ac directiones atque revolutiones ritè administrentur: In quibus duobus nos etiam aliam ab ipsa experientiâ extruximus rationem, quàm hactenùs usitatum fuit. Sed nos istiuscemodi Astrologica non libenter alijs impertimur, quatenùs haud pauca in his explorata habemus: Siquidem non omnes eà quâ decet circumspectione citra superstitionem & nimiam confidentiam, quæ nullis Creaturis tribuenda est, discretè uti norint. Ideoque aut nulla aut admodum pauca ex nostris inventis de his in publicum evulgabimus. Quare & hæc de ijs breviter & generaliter nunc sit dixisse satis.

Quin & in spagyricis præparationibus, seu Pyronomicis exercitijs non minimam impendi curam; ut & hoc obiter hic indicem, cùm eæ quas tractat materiæ Cælestibus Corporibus & influentijs Analogæ sint. Ideoque terrestrem Astronomiam appellare soleo. In hac cognoscendâ tractandaque inde à vicesimo tertio ætatis anno non minùs quàm Cælestibus occupatus, plurima, tam in Metallis quàm Mineralibus, tum quoque Gemmis & vegetabilibus atque crescentibus, aliisque materijs huc pertinentibus, hactenùs multo labore, nec mediocribus sumptibus expertus sum. De quibus cum Illustribus & Principibus Viris, alijsque præstantibus & Eruditis, qui talibus afficiuntur, atque eorum cognitionem aliquam habent, ingenuè conferre, atque nonnulla ijs communicare per occasionem non tergiversabor; modo mihi de eorum voluntate constiterit, quodque ea secreta habituri sint. Talia enim vulgaria fieri, nec expedit, nec æquum est. Neque enim cuivis datum, licet multi ejuscemodi profiteantur, hæc mysteria debito modo secundum Naturæ exigentiam innoxiè atque utiliter exequi.

****

NEc vanas fuisse pollicitationes, perhibet ea ipsa, quæ subjungitur JACOBI CURTII S. R. I PROCANCELLARII Epistola, ex quâ illa tantùm adnumero, quæ de *expectatione litterati Orbis* fidem faciunt, & ab eodem *Procancellario* paucis expressa sunt.

MActe itaque animo Vir nobilissime, & fac ut divinis tuis inventis, quam ocissime fruamur. Etsi enim arduum & ut ipse vere scribis, multorum hoc sit opus annorum: spero tamen, imò confido, te maximam jam ejus partem exantlasse, & in recolligendis & ordinandis ijs, quæ jam constituisti, tabulisque inde condendis, magis hoc tempore, quam in confirmandis ampliùs inventis tuis versari, Quâ in re cum discipulorum tuorum operâ magnâ in parte juvari possis, iterum atque iterum te rogatum volo, ne nos nimium diu suspensos habeas: vitam tibi ex animo ad Nestoreos usque annos exopto: nôsti tamen quàm fallaces sint spes nostræ: Falle itaque moras, & vel non maturo partu, hunc ingenij tui fœtum orbi terrarum êde. Si fata longiorem tibi, quod avidè optamus, & speramus, vitam concesserint, poteris & edita recudere, & judicio tandem tuo quoque (nostro enim quin in primâ editione satisfacturus sis, nihil dubito) satisfacere.

Liberabis interim nos perpetuo metu, nè, dum nimium cunctaris, toto opere frustremur. Ego certè tantam de te, tuisque his hypothesibus spem concepi. Quis enim præter divinam ingenij vim, tot, tantisque rebus hic necessarijs instructus sit, tot tantosque sumptus labores & annos contulerit, non est in Europa (cum Europam dico, totum Orbem dico) qui tibi comparari queat, quisquam. Abest hinc, ita me DEVS. amet, omnis adulatio, à qua & dignitas, quam gero, & gravitas quam cum omnibus tueri laboro, me apud notos atque ignotos, in ignoti præsertim de facie hominis laude, satis superque vindicabunt.

CEterum mihi ista penitiùs consideranti, & hæc Tychonis promissa, cùm illis quæ XX. hisce libris Commentarijs exhibuit, comparanti; Sed plus longè præstitum videtur, quam *Braheus Orbi literato* pollicitus est; nec alienum fore ab hisce Prolegomenis, si uno conspectu veluti summaria exhibeantur eorum, quæ ab hac HISTORIA CÆLESTI Astronomiæ Cultores expectent.

I.

HAbes igitur ex hisce Commentarijs Braheanis, SOLIS MERIDIANAS SIMPLICES, NON INTER POLLATAS, PER INSTRUMENTA VARIA ET DIVERSOS OBSERVATORES ALIQVOT MILLE. Simplices dico, nec inter pollatas, sed sinceras, ut ab ipsa observatione prodierunt, & in Protocollo consignatæ sunt; Siquæ enim *Astronomia Braheanæ* labes fuit, inde forsitan originem habuit, quod *Braheus* aliorum qui præcesserant artificum imitatione, & reverentia, *parallaxin Solis*, non *ex Cœlo* & Observatione, sed ex aliorum asseverationibus adhibuit, unde necessè fuit, & *Altitudines variari*, & nutare appulsus ad certa loca Zodiaci.

II.

Habes easdem PER ARCTISSIMA PINNACIDIA & CYLINDROS PARALLELOS CIRCVMPOSITOS, qui Solis imaginem rimarentur. Mihi quidem ex Fridlandico Cymeliarcheo videre aliquot ejusmodi Dioptras datum est, sed tam angustis rimulis pervias, ut meis sanè oculis parum usui fuerint, & necessè sit, quos *Braheus* ab observationibus habuit, omninò lynceos fuisse, sed de his infra dicendi locus se offeret.

III.

Habes easdem ALTITVDINES, NVMERATAS PER MINVTA, & PLERVMQVE MINVTORVM DECIMAS; eo modo quem deinde ex *Brahei* inventis & verbis dabimus; Etsi enim Methodus illa, si ad Geometricam Amussin examinetur, aliquid fallit, ut *Braheus* ipse ultro demonstrat, tamen ea differentia vix est trium secundorum, quam in hisce Observationibus illi tantum æstimant, qui ad harum Observationum tractationem *à bonis Musis* nunquam admissi sunt, sed & huic errori facilè occurri potest, si transversa puncta inter se non æquidistent.

IV.

Habes SOLIS LOCVM COMPARATVM, CVM VENERE & FIXIS, VENEREM FROFVNDIORE NOCTE CIRCVMSTANTIBVS Quas ipsas distantias sincerè, & quemadmodum captæ sunt adnotatas, multi expectarunt: omissâ Parallaxeos solaris mentione, quæ in Venerem transfusa adhuc major est, & forsitan causa ejus differentiæ, quæ in consignandis fixarũ longitudinibus inter ILLVSTRISS. HASSIÆ LANDGRAVIVM WILHELMVM, eo, quo ista observabantur tempore, vertebatur, neque verò deinceps decisa est, quod Posteritas haud meritò vereretur, illos *Tychonis Numeros* retexere, aut sollicitare.

V.

Habes ex his motus SOLIS MEDIOS, AD ISTA QVIDEM TYCHONIS TEMPORA, tam accuratos, quàm humana industria assurgere potest, quâ de re videre placeat doctissimum Phocilidem Holwardum, mihi pag 56.

VI.

Habes ÆQVINOCTIORVN MOMENTA, quàm potuit accuratissimè expressa, ut cùm observatis prioris seculi, & priscis Græcis, ac Syro-Persicis accura-

con-

consentiunt, qui consensus si fallat, haud dubiè observationis potiùs, incertitudini, quàm Cælestium motuum, æquabilitati imputandus est.

VII.

Habes SOLSTITIORUM pariter MOMENTA, ex æqualitate declinationum meridianorum. Etsi enim circa Solstitij tempora inobservabilis est mutatio altitudinum meridianarum, tamen viginti ante, & post Solstitium diebus, crescit quotidie in 9. aut 10. min. quæ *instrumentis Tychonicis* accuratè præstari possunt, ut Solstitiorum metæ, una alterave hora non fallant, quibus accedunt porro *Solis à Venere & Veneris à Fixis* distantiæ, quales etiam In Solstitijs captæ.

VIII.

Habes SITVM ABSIDVM nullis calculi ambagibus, sed tantum per incrementa vel decrementa longitudinum *intra ejusdem temporis appulsus ad Meridianum*. Id enim confessum est ac demonstratum, si intra decem v. g. dies, longitudo Solis ijsdem spatijs crescat aut decrescat, quibus ex adverso intra eandem temporis mensuram, crevit aut decrevit. Stare illas longitudines æquali intervallo ab abside Solari, quod in hac observationum frequentia facillimum erit deprehendi, & proinde Solares absides tam multiplicibus testimonijs firmari.

IX.

Habes MOTVM SOLIS CITATISSIMVM IN PERIGÆO, LENTISSIMVM IN APOGÆO, eumque denuo ex ipso Cælo derivatum, etsi enim in *ipso Apogæo* & *Perigæo* diurnos appulsus consignare grandis opere foret, tamen decem diebus ante totidemque post Apogæum diurni parum variantur. Itaque observatus motus 20 dierum circa supremam absidem tantum est 19°. medius eodem tempore graduum totidem, & 42. min. quæ differentia instrumentis Tychonicis facile ex cœlo deducetur, ex qua constat *proportio Orbitæ Solaris* & quem nos appellare solemus VNIVERSALIS pro Sole, quo reperto omnes aliæ *per totam periodum* orbitæ æquationes consurgunt.

X.

Habes inde ÆQVATIONEM SOLIS MAXIMAM, & *situm* proportionemque *orbitæ Solaris*. Habita enim abside Solari & motibus Solis medijs, facilè erit ad quadrantes orbitæ locum Solis medium citare, eumque comparare cum loco Solis ad tempus apparente, ex qua comparatione, & ejusdem differentia resultat situs & proportio Orbitæ Solaris, non jam ex aliorum assertis, sed ex ipso cælo derivata.

XI

Habes EPOCHAS MEDIORVM ET VERORVM MOTVVM SOLIS, ad quodcunque tempus. Quæ cum obvia sint, nihil attinet his adjungi.

XII.

Habes REFRACTIONVM ad quascunque altitudines MENSVRAM in præstabili diligentia per declinationum variationes subitas captam, ut interdum intra diem, *quadringentæ temporis*, *altitudinis*, & *declinationis* observationes captæ sint, quemadmodum X Martij Anno 1587. præter alias eodem tempore, *Lunæ*, ♄. & ♂ observationes, quæ ideo memoravi, ut de constantia & propemodum *contumacia Brahei* fidem faciant etiam scriptoribus Atlanticis.

XIII.

Habes quæ DE SOLIS DECLINATIONE MAXIMA sentire *sincera Astronomia* possit ac debeat. Nam cum altitudo Poli Vraniburgici tot experimentis Stellarum circum Polarium diligentissimè vestigata sit, ex ea sola & Solstitiali Solis altitudine, deduci ÆQVATORIS OBLIQVITAS potest, ne quid refractiones perturbent, nam de parallaxibus Solis quid sentiendum sit, alibi jam tetigimus.

XIV.

Habes interspersas DIAMETRI SOLARIS Observationes, quantum illa Ætas ferebat, quà specillorum detornatio nondum ad eam accuratiam, quam modo habemus assurrexerat, ut tunc quidem acquiescerent, si *Solis nube roscida prospectantis, summam atque imam altitudinem* dioptris Tychonicis explorassent.

XV.

Habes LVNARIVM OBSERVATIONVM ALIQVOT, item MILLIA, tanto majori in pretio habenda, quantò pauciores extant observationes superioris Ævi, & priscorum artificum.

XVI.

Habes easdem LVNÆ OBSERVATIONES sæpè numero *interdiu* captas, ne quid falsi luminis ratio, deinde inter noctu obstaret, quarum si alteras cum alteris conferas, apparebit quantum illæ ab his interdum dissentiant.

XVII.

Habes ejusdem LVNARIS DIAMETRI OBSERVATIONES, & earum incrementa & decrementa, quantum ea tempora ferebant, cum facies Lunæ ab excubantibus Astronomis nondum in tot Insulas dissecta fuisset.

XVIII.

Habes ejusdem LVNÆ à SOLE DISTANTIAS accuratissimè quidem captas, cæterum fortè ad problematis, quod hodie vertitur pragmatiam, non suffecturas, *de illuminatione Lunæ in quadraturis, & exploratione, quantum ea illuminatio perfectum luminarium quadraturam antevertat, vel sequatur.*

XIX.

Habes ex ijs observatis lunaribus, CENTVM ET QVADRAGINTA LECTISSIMAS OBSERVATIONES, CAPTAS IN NONAGESIMO ab ascendente, ut de vera Lunæ longitudine certus esse possis. Quod quidem votum erat *doctissimi Bulialdi*, & aliorum artificum, qui in Lunæ motus excubant. Etsi enim notati *Lunæ cum Fixis congressus*, haud dubiè maximi sint pretij ac momenti, atque accuratiæ singularis, tamen cum raro in nonagesimum ab ascendente incidant, permixtas semper habent Lunæ parallaxes. Quæ dum in longum latumque dispescuntur, incertiorem fieri necesse est locum Lunæ. Firmatis porro Tabulis lunaribus, & in Ephemeridem descriptis, facilè erit locum Lunæ cum Tabulis & cum Cælo comparare, ex qua comparatione exsurget differentia inter Meridianum loci Tabularum & ejus, in quo observatio facta est.

XX.

Habes ex comparatione Diei prioris consequente ejusdem LVNÆ LOCVM VERVM , etiam extra nonagesimum, quod ideo memoro, ut videas harum observationum opera , ita *emendari posse itinera lunaria*, ut ad solvendum fastuosum problema, tandem deveniatur, ac *Tiphis Batavus*, aut *Triton Britannicus* medio in Oceano secure naviget.

XXI.

Habes ex his & alijs extra nonagesimum observatis, PARALLAXIN LONGITVDINIS ☾ non jam è tabulis sed Cælo ipso deductam.

XXII.

Habes exinde & tempore adnotato PARALLAXIN LATITVDINIS.

XXIII.

Habes ex hac utraque PARALLAXIN ALTITVDINIS sive ad illum locum, sive ad ipsum Horizontem.

XXIV.

Habes ex his DISTANTIAM LVNÆ à TERRA ex ipso Cælo petitam, qua una vertitur solarium præsertim Eclipsium accuratior disquisitio. Atque hæc omnia cùm ultro semet consequantur, & ex libellis Theoris clara sint, aliud hic adjungi non attinet.

XXV.

Habes ECLIPSES QVÆ EO TEMPORE INCIDERVNT, curâ & diligentiâ maximâ observatas. Nulla enim adhuc eo tempore specillorum peritia, ex quibus appulsus ad uncias diametri numeraretur, Et immissio radij Solaris à Gemma Frisio aliquanto ante reperta, usui esse parum potuit , cùm Geometricum Problema de *comparatione foraminis ad speciem luminaris* aliquanto post à Keplero deductum fuisset.

XXVI.

Habes ADNOTATA VBIQVE TEMPORA eademque cum distantijs Æquatorijs, & Stellarum item distantijs à Meridiano, solertissimè emendata.

XXVII.

Habes ECLIPSIN præsertim ANNI 1588. accuratissime observatam , captis identidem Lunæ distantijs ad Fixas, ex quibus de *loco viso* deque centro *apparentis Vmbræ Terrestris* certus esse possis. Quæ cum eo tempore inciderit, quo Luna in nonagesimo morabatur, poterit aliquid *de opposito*, seu ut appellant *Nadir Solis*, certius pronuntiari, & dispelli suspiciones illæ toti *Astronomiæ Braheanæ inimicissimæ*, de quibus ad *Schickardum* scripsit *doctiss. Keplerus*, ut leges in *Paralipomenis* ad *Historiam Cœlestem*.

XXVIII.

Habes ÆQVATIONVM MENSTRVARVM intricatissimas RATIONES, quæ alias ferè gratis, aut ex aliorum authoritate assumptæ, hic ex ipso Cælo deriventur, Interest scilicet Astronomiæ Lunaris, non temere credi, quamquam *magnis auctoribus* Æquationem menstruam dantibus, *ex Zenisse Æquationis periodicæ*, sed ejus rei testes produci, aut *Observationes legitimas* aut *causas* alias *arcaniores*.

XXIX.

Habes AN ÆQVATIONES MENSTRVÆ OMNES CESSENT , CVM LVNÆ APOGÆVM QVADRANTE CÆLI DISTAT à SOLE, hac enim sola Observatione firmari , aut refelli possunt , quæ Keplerus de causis Physicis Lunarium motuum disceptavit.

XXX.

Habes MOTVVM LVNARIVM, hoc est ipsius LVNÆ ejusque APOGÆI ET NODI, DIMENSIONES non tantum ab Eclipsibus , sed per eas præsertim quas dixi Observationes in nonagesimo, atque alijs invisis, & inobservatis conjunctionibus, atque oppositionibus, è Cælo derivatas , quas recoqui ex ductu Cæli potius , quàm ex comparatione Tabularum longè est concinnius.

XXXI.

Habes quid de VARIATIONE TYCHONICA IN OCTANTIBUS à SOLE Cælum ipsum determinet. Etsi enim de ea *doctissimus Bulialdus* an semper eadem , an interdum auctior , interdum remissior non immerito dubitavit , medicina tamen aliunde quam ab Observationibus haberi non potest, ad quas proinde appellavit ipse , quem laudavi *perspicacissimus Bulialdus*.

XXXII.

Habes quid Braheum permoverit, ut de LUXATIONE NODORUM LUNÆ novum aliquid statueret, quam quidem Anomaliam, *doctiss. Schickardus* existimat interdum aliquot gradibus peccare, & subesse aliquid adhuc inexploratum in motibus Lunæ, quæ etsi in tempora satis arctè consentiant, tamen in quantitate plerumque ab assertis veterum & nostris hodie observatis dissident.

XXXIII.

Habes LUNÆ CUM FIXIS CONGRESSUS non paucos : & si fatendum est Braheû Instrumentis suis, machinisque Cælestibus earumque accuratiæ plus fa[…]visse, quam annotatis ejusmodi congressibus , quibus tot oculi fallaciæ permixtæ sunt , & parallaxis ope[…]rosa & fastidiosa in longum latumque deductio [...] quæ faciles identidem receptus præbent, ijs præsertim qui suis Tabulis plus , quam veritati indagandæ ad[…]dicti sunt.

XXXIV.

Habes PLANETICARUM OBSERVATIONUM ALIQUOT *iterum* MILLIA, sincerè & ut ex Cælo derivatæ sunt, consignata , ut posteritati integrum sit, easdem ad apices calculi comparare, cum pleræque à tribus vel quatuor fixis captæ, si una falleret, alterius suffragatione consistant, ut mihi quidem nihil rectiùs, aut Astronomiæ præstabilius fieri posse videatur , quam si quis *omnes* has *Solis & Planetarum Observationes, ad calculum revocaret* , constructaque inde aliquot annorum Ephemeride Cælesti , quemadmodum hodie ex varijs Hypothesibus solet, ita ad illos annos Braheanos ab Anno 1582. ad Annum 1601 ex Cælo ipso Diaria ejusmodi aliquot conficeret.

XXXV.

Habes TRIUM maximè SUPERIORUM Observationes & OPPOSITIONES ACRONICHIAS, non jam è protocollis furtim decerptas , & Braheo non probante , nec forsitan conscio publici juris factas, sed ex ipsis dierum antecedentium , & consequenti[…]

um observatis accuratè numeratas, ita,ut alteræ observationes alteris suffragentur.

XXXVI.

Habes eorundem TRIUM PLANETARUM STATIONES ET REGRESSUS sigillatim adnotatos; quod nescio cur Braheo sigillatim placuerit, cum earundem Stationum ac regressuum momenta si de proportione Orbium constet, ultro se ad calculum sistant. Nisi quidem *Brahei* peculiaris demonstratio fuit, ut *ex stationum & regressuum quantitate ac mensurâ*, de ipsa orbium proportione judicaret.

XXXVII.

Habes eorundem APPULSUS AC NODOS diligenter atque accuratè consignatos, ut de Nodorum loco certus esse posis. Ex quo quidem appulsu ad Nodos etiam *motus medios Planetarum* derivare dabitur, sed ad ista tantùm Astronomiæ restauratæ tempora Nam Veterum Observata per bis mille annos tantúm tria sunt, atque ea tam dubiè concepta, ut Astronomos non valde devinciant, multum de eorum Nodorum motu laborare.

XXXVIII.

Habes ex eorundem NODORUM & ABSIDUM, SITV inter se comparato, an mereatur vetus Astronomia, & factæ per eam observationes, *ut Absidum Planetariorum & Nodorum* alij atq; alij motus consignentur, & non communis Nodorum omnium & absidum promotio potior sit, qualem *Astronomia Persica* aliquot sæculorum suffragio usurpavit.

XXXIX.

Habes ex his atque illis MOTUS eorundem CIRCUMSOLARES MEDIOS, & quanquam ♄ periodus, usque ad 30. annos excurrit, habes tamen ejusdem Brahei *Observationem Saturniam*, circa Annum 1570 ut ex eadem & sola Brahei Observatione derivari ♄ periodus possit.

Habes & aliorum, *ut Schickardi Observationes* in Paralipomenis, quæ si cum Tychonicis observationibus comparentur, subveniri his temporum angustijs facilè poterit; Et *illi* quoque *Planetæ* suæ cursuum metæ definiri.

XL.

Habes earundem PLANETARUM MOTUS, QUANTUM CIRCA PERIHELIA INCITENTUR, *quantum circa Aphelia* tardiores incedant; in Saturnò quidem perihelio *circa Annum* 1590. in cæteris frequentiùs.

XLI.

Habes ex ijs ACCURATAS RATIONES EXCENTRICITATUM, & PROPORTIONES ORBIUM NON MINUS QUAM ANTEHAC, IN SOLE HABUISTI, & earum incrementa atque decrementa, tam conspirantibus inter se numeris, ut repertâ semel eccentricitatis & orbis emensurâ, non opus sit alio, quam simplici *Logarithmo*, ad reperiendas omnes Æquationum mensuras, per totum ambitum Orbitæ Circumsolaris.

XLII.

Habes ABSIDUM LOCA sive EX OBSERVATIONIBUS ACCRONICHIIS, sive ex LOCIS sibi CONTRA POSITIS, sive ex LATITUDINUM DECREMENTO, AC INCREMENTO; ita ut aliæ observationes, alijs subveniant atque suffragentur.

XLIII.

Habes OBSERVATIONES ORBITARUM CIRCUMSOLARIUM AD SOLIS ORBITAM, Ex appulsibus ad eadem loca excentrici, & distantijs à Sole captis per Observationem quarum aliæ de alijs testentur, quemadmodum aliàs in *Geodesia* & *Agrimensoria* dimensione fieri solet.

XLIV.

Habes IPSIUS ORBITÆ SOLARIS MAGNITUDINEM ET à TERRIS DISTANTIAM, trium ejusmodi altiorum Planetarum circumsolaribus testimonijs, atque suffragationibus contestatam. Etsi enim *Keplerus* id in ♂ periclitatus est, eadem tamen in ♃ & ♄ fieri possunt, in ♀ autem & ☿ multo majori fructu si de motibus eorum medijs constet.

XLV.

Habes INCLINATIONEM Orbitæ CIRCUMSOLARIS PLANETICÆ ad Zodiaci plenum, ex *incremento atque decremento observata latitudinis*, itemque ex loco *Nodi & distantia Excentrica* Planetæ, atque *Observata* latitudine alia iterum firmamenta proportionis Orbium.

XLVI.

Habes eorundem PLANETARUM CONGRESSUS CUM FIXIS, non jam ex solà inspectione, sed adhibitis identidem instrumentis exploratos, ut de tempore congressus certus esse possis, quà in re nimiá securitate *sed primis Astronomiæ initijs ignoscenda*, Egerunt prisci Artifices, cum ejusmodi observata, tanto post intervallo posteritati profutura, ad dies tantum consignarunt.

XLVII.

Habes INFERIORUM DUORUM PLANETARUM OBSERVATIONES SOLERTISSIMAS, circa Elongationes; quas vocant maximas, & ut de ijs certus esse possis, *motuum diurnorum observata eadem incrementa & decrementa*, ut motui diurno Solis paria sint; ac de Planetæ Statione, atque elongatione de sole certo fidem faciant. Quam unam existimamus causam esse, cur veterum observatis deferri non tantum possit, propterea quod in assignandis ejusmodi elongationibus, facilè fuit unam alteramque diem decoquere.

XLVIII.

Habes ex ijs certam MENSURAM MOTUUM SEU PERIODORUM CIRCUMSOLARIUM; etiam in hisce duobus inferioribus Planetis.

XLIX.

Habes EANDEM FIRMATAM OBSERVATIS APPULSIBUS AD NODOS qui in hisce duobus inferioribus frequentius occurrunt, etsi enim in ☿ præsertim cum circa Horizontem versatur, refractio plurimum turbat, tamen comperta in eadem altitudine Fixarum refractio, & ad ☿ propagata, Tychonis solertiam non fefellit.

L.

Habes eorundem MOTUS ALIBI CITATOS, ALIBI MAGIS REMISSOS & in ☿ præsertim, incrementis atque decrementis admodum manifestis, ut ex ijsdem de proportione ac situ Orbium circumsolarium judicare non minùs possis, quàm antehac in tribus superioribus fecisti. Unde eædem demon-

strationes *de Absidum situ, loco, & excentricitatis magnitudine* exsurgent.

LI.

Habes autem multò maximè eorundem inferiorum APPULSUS, AD EADEM LOCA EXCENTRICI, qui ex tam arctis periodis, frequentiùs occurrunt, Ex quibus de eorundem distantijs à Sole & locis excentricis certiùs judicare liceat.

LII.

Habes LATITUDINES præsertim in ☿ à REFRACTIONUM TORMENTIS liberas, quemadmodum paulò ante §. 49. diximus, ex quibus de Orbitarum inclinatione pronuntiari certiùs possit, quàm prisci Artifices per commentitias inclinationum reflexiones, tam operosè explicarunt.

LIII.

Habes ♀ à ☉ DISTANTIAS *tam* MULTAS, *tam* ACCURATAS, ac deinde INTERNOCTU à FIXIS REPETITAS, easque sincerè ut ab observatione prodierunt, consignatas, ut inde totius Astronomiæ emendatio institui possit: quod etsi diligentissimis conatibus *Braheus* fecit, alia tamen haud pauciora & Astronomiæ admodum profutura supersunt, si *omissis*, quas ille supposuit *parallaxibus*; ijdem calculi repetantur, quibus deinde superstrui alia, aut firmari ea possint, quæ Braheana Urania, primo tentavit.

LIV.

Habes ♀ VESPERTINÆ AC MATUTINÆ OBSERVATIONES, tam sibi invicem vicinas, ut judicari etiam de ♀ conjunctione cum ☉ possit, præsertim cum ♀ motus circumsolares medij, à veris tam parum dissideant, ut intra dies 40. vix unius min. decremento, inter se differant.

LV.

Habes ☿ QUANQUAM IN ILLO TAM OBLIQUO HORIZONTE & maritimis ex Balthide refractionibus obnoxio, tamen Observationes tam accuratas, ut ex ijs Keplerus de ejusdem Planetæ cum ☉ congressu pronuntiare potuerit. Quem congressum si per motus periodicos ad Astronomiæ restauratæ tempora reducas, dabitur ☿ locus tam accuratus, ut quocunque tempore se ad Tabulas sistat, & exempla ejusmodi dehinc sæpius occurrent, quemadmodum doctiss. Joannes Heckerus de Anno 1677. & die 7. Novemb. vaticinatur, qua re quid potest Astronomiæ Braheanæ & numeris ab ea desumptis esse gloriosius?

LVI.

Habes OBSERVATIONUM DE FIXIS SEU NON ERRANTIBUS ALIQUOT ITERUM MILLIA, ut ex mille, & quot excurrit, nulla sigillatim præterita sit, & mirari sæpius subeat, tot noctium excubias, & patientissimas in omni sidere collimationes.

LVII.

Habes EARUNDEM inter SE DISTANTIAS, ANNIS ATQUE TEMPORIBUS DIVERSIS ADNOTATAS & captas non uno sed pluribus instrumentis, ut corrigi atque adtemperari possint, si quid observationum diligentiæ humani evenisset.

LVIII.

Habes earundem DISTANTIAS ÆQUATORIAS non jam calculo sed instrumentis acceptas, quæ tamen junctæ circulum inpræstabili propinquitate expleant. Quanquam easdem calculo & Tabulis experiri quid vetat? ut de nonnullis *doctissimus Ricciolus* præstitit; quid porro etiam vetat? easdem æquatorias distantias per fune-pendula examinari, quemadmodum in nonnullis vix imitabili diligentiâ idem Ricciolus fecit, ut illud saltem posteritati constet, quantùm ea pragmatia à Calculo & instrumentis dissideat, aut quanto consensu cum ijs conspiret.

LIX.

Habes earundem DISTANTIAS ZODIACALES seu LONGITUDINUM DIFFERENTIAS, quas cum antiquitati satis fuisset graduum sextantibus numerare, hic videbis in minuta & minutorum particulas repræsentari.

LX.

Habes earundem ALTIT. MERIDIANAS, & appulsus ad Meridiem, ex horologiorum & æquatoriorum multiplici apparatu, aut situ ipsius instrumenti datas; quod vides haud paulò ad fidem faciendam certius esse, quam si tempora desumptis ab Hesiodo versibus distinguantur.

LXI.

Habes earundem DECLINATIONES PECULIARI ET VASTISSIMO INSTRUMENTO ÆQUATORIO CAPTAS, quod quidem ego plerisque alijs præfero, cum æquatorem habuerit fixum atque immobilem & circulum declinationum volubilem, qui si casu luxaretur, statim vitium in ipso æquatoris circumductu proderet. Quanquam etiam optassem binos ejusmodi declinationis circulos, eidem axi insertos fuisse, ut eodem temporis momento, capi à duobus observatoribus distantiarum æquatoriarum intervalla potuissent.

LXII.

Habes EARUNDEM FIXARUM à ♀ DISTANTIAS, ex quibus earundem intervalla à Sole comparari possint, quod cum peculiare sit *Tychonis* inventum, excoli haud dubiè singulari industria meretur, ut omissis *parallaxium parum certis asseverationibus* appareat, quæ loca siderum consurgant, si observationes, ut captæ sunt, sinceræ ad *recognoscendas* earundem *longitudines* adhibeantur.

LXIII.

Habes REFRACTIONUM IN DANICO & BOEMICO HORIZONTE, quantũ ad Fixas attinet, MENSURAS & MAGNITUDINES, ad diversa altitud. momenta comparatas; de quibus insuper moveri nihil attinet, cum æquo & perito æstimatori Astronomiæ & diligentiæ Braheanæ, haud dubio satis futurum sit, si legat præter alias aliorum Planetarum Observationes, Braheum una die, ad cognoscendam refractionum mensuram, quadringentas observationes, *temporum Azimuthorum, altitudinum, & declinationum* adhibuisse. ut ante perhibuimus.

LXIV.

Habes peculiares & DILIGENTISSIMAS OBSERVATIONES STELLÆ POLARIS, & ALIARUM CIRCUMPOLARIUM, quæ quidem tanto exactiores sunt, quantò plus ab omni refractionum periculo remotæ.

LXV.

Habes earundem DISTANTIAS SÆPISSIME à DRACONIS STELLULA captas, quod est peculiare Tychonis repertum, semper plus suis vel sextantibus, vel quadrantibus (si ad explorandas distantias adhiberentur) tribuentis; quam vel *Armillis*, vel *instrumentis* Æquatorijs, quod virum solertissimum haud dubiè ipsamet experientia docuit.

LXVI.

Habes sigillatim CONSTELLATIONEM CASSIOPÆIÆ diligentissimè & accuratissimè consignatam, ob exortam illic novam Stellam, cujus ostentatione & Orbis totus attonitus, & *Braheus* ad persequenda hæc Astronomiæ studia excitatus fuit. Quo exemplo si alij etiam Astronomi certos asterismos deligerent, & sidera ijs comprehensa, siderumque distantias certiores atque exploratiores posteritati transmitterent, præstabilius sine dubio posteritati fieri nihil posset; Unum enim ad hæc omnia sufficere.

LXVII.

Habes CÆTERAS CONSTELLATIONES BOREAS INGENTI CURA & DILIGENTIA DIMENSAS, quemadmodum *ex Bayeri Vranometria* quæ his ex *Tychonicis* excerpta est, apparebit. Atque utinam ea, & quæ deinde *à Schillero* adhuc operosius elaboratæ sunt *Tabulæ*, certa & fixa initia, vel à *Corde* ♌ ut prisci solebant, vel ab eo puncto, *quod initio Æræ Christianæ in Æquinoctio fuit*, haberent, ne cogeremur, post aliquot annorum decurias, de siderum & Planetarum locis semper ancipites esse, aut tabulas & schematismos permutare.

LXVIII.

Habes EAS QVÆ SVNT IN ZODIACO INERRANTES STELLAS, majori etiam accuratia distributas in suas classes. & quanquam post inventum Telescopium plura se quotidie è Cælo spectacula produnt, quemadmodum ex his, quæ post hanc Historiam prodierunt Paralipomenis patebit; Habes tamen unde cæteras, habes unde Planetarum itinera, & in semet recurrentes labyrinthos ad circumvicinarum Fixarum metas distribuas atque consignes.

LXIX.

Habes EX AVSTRALI HEMISPHÆRIO, quantum Braheo tam longè in Septentrionem habitanti consequi fas fuit.

LXX.

Habes ex his SCHEMATISMOS CÆLESTES instructos MILLE & VIGINTI DVABVS STELLIS, quæ suos in ordines digestæ, apud omnes Astronomiæ Cultores pari cultu, & reverentia habentur.

LXXI.

Habes ILLVSTRISS. HASSIÆ LANDGRAVII CATALOGVM ANNI 1593. cum ijsdem *Tychonicis Observationibus* comparandum, ex cujus inspectione patebit, quam paucis inter se tantorum artificum observata dissentiant, sed eo de catalogo, & unde huc pervenerit, ut in hanc Historiæ Cælestis partem inseri posset, ipse qui productus est 1593. testabitur.

LXXII.

Habes EPIMETRI LOCO, & OBSERVATIONES WIRTENBERGICAS solertissimi *Mæstlini*, & hic acervatim, veluti *per Satyram datas*, & deinde suis locis repetitas. Habes & alteras æqualis pretij à manu DOCTISSIMI SCHICKARDI, quas viri docti censuerunt, & ipsas immortalitatem mereri, atque *juxta has noctes Tychonicas in luce publica* apparere non immeritò posse.

NOs quidem pro Tychone, & ejus in Astronomia laudatissimis laboribus, totaque hac Cælesti historia producturi septuaginta hos testes in judicium doctorum hominum, haud quaquam fueramus, nisi ante hac extitissent, qui *spretis Brahei laboribus curisque Cælestibus*, certiora longè suis promitterent.

Quæ porrò præsidia fuerint *Braheo* ad tanta conficienda, quanta hisce libris legentur, ea nunc exequi tempus est: Equidem inter cætera multò maximè repono, *insitum amorem* erga hæc studia, qui à *Siderum Conditore* non frustra inditus Braheo, eum supremis etiam diebus cum morte luctantem non deseruit.

Et juveniles quidem impetus *Braheus* ipse supra citata dissertatione profitetur, diffusiùs autem in Vita expressit Gassendus Eorum fidem facit, *vastissimus quadrans*, paulò antè exortam novam Stellam Augustæ exædificatus. Ejus iconem hic adjecimus, ad repræsentanda Rudimenta, & *primos conatus Astronomiæ Braheanæ*. Quod si ejus machinæ vestigia reperiri potuissent, illa etiam adjuncturi eramus, sed sæpè atque anxiè inquirenti, nihil hic *Augustæ*, ubi ista scribimus, occurrit, & *Braheus* ipse

non

non dissimulat, quinto statim Anno postquam erecta erat, *desolatam eam machinam fuisse.* Sic sunt fata rerum mortalium, & non solus *Diogenes*, Herculis statuam ad coquendas lentes adhibuit; Equidem apud *doctissimum Kircherum* in *Historiâ Eustachianâ* pag. 172, reperio mentionem tormenti Bellici prægrandis, cum inscriptione.

TICHONIS BRAHE.

QUod ego interpretor fusum ex ÆRE CAPTIVO URANIBURGICO fuisse, interque alias manubias à *Torquato de Comitibus Casarei exercitus Archistratego bello Germanico* asportatum, ut ibidem Kircherus conjicit. Unde vides illarum machinarum, non meliorem fortunam fuisse quam Trabium Augustanarum, ex quarum compage, hic quadrans exædificatus est.


Cæterum ut primo aspectu appareat, *quantæ molis* illa Augustana *Machina* fueirt, adjecimus observatorem eâ magnitudine & mensura, quam pictura machinæ præfert. Ita videbis, Quadrantis semidiametrum *trium hominum dimensionem* æquasse, qua magnitudine nulla deinde *machina Vraniburgi* fuit, ut appareat Braheum posteriorum temporum experimentis edoctum, mediocres machinas ad Cœli, & siderum animadversiones, præ hisce *vastis ac proinde intractabilibus* elegisse.

Porrò Braheus post erectam illam machinam *Augusta* in Patriam reversus, cum excolendæ Astronomiæ omnia circumspiceret, metueretque *amicæ nobilitatis frequentiam*, & nescio quas alias in patria remoras, privatim statuerat, *Basileam concedere*, ut in *Galliæ Italiæ ac Germaniæ* confinijs tanto essent promptiora, cum litteris atque litteratis commercia; sed ista cogitantem, SERENISS. POTENTISSIMVSQVE DANIÆ REX FRIDERICVS, ultro ad se evocavit, obtulitque HVENNAM INSVLAM IN FRETO DANICO, secretam à tumultibus & *Regia* tamen *Vrbe* non longè distantem, sed & sumptus atque impensas adjecit, ad excolenda hæc mathemata Cælestia necessarios.

Ita initium datum, *struendæ* illic *arci Vraniburgicæ*, jaciente primum lapidem *Carolo Dancæo, Regis Galliæ in Daniam Legato.*

Iconem Arcis, sed qualis erat cum TYCHONEM inquilinum habebat cum SCOTIÆ DANIÆQVE REGES, cum HASSORVM atque SAXONVM Principes cum alij EX EVROPA VIRI MAGNI atque litterati, illuc tanquam ad eruditas remissiones diverterent, adjecta figura expressit. Hodie mutata omnia asseruit SERENISS. COMES PALAT. PHILIPPVS SVLZBACENSIS versatus illic, cùm de *Balthidos* imperio, *Bellona Aquilonaris* disceptaret.

Ea causa est cur in descriptionem hodiernam incumbere precium operæ visum non fuerit.



Dedimus tamen eodem conſpectu etiam alias Sedes Aſtronomiæ Braheanæ, easque Uraniburgo circumtulimus litteratis ad marginem ſignis expreſſas.

A.

URANIBVRGVM
PRIMA ET PRÆCIPUA SEDES ASTRONOMIÆ BRAHEANÆ.

B.

VANDESBVRGVM ARX RANZOVIANA
SEDES ASTRONOMIÆ BRAHEANÆ.
ANNO 1597.

C.

ARX BENATICA BOHEMIÆ
SEDES ASTRONOMIÆ BRAHEANÆ, ANNO 1598.

D.

HORTI CÆSAREI PRAGENSES
SEDES ASTRONOMIÆ BRAHEANÆ, ANNO 1600.

E.

DOMVS JACOBI CVRTII A SENFTENAW S. R. I.
PROCANCELLARII, ULTIMA SEDES ASTRONOMIÆ BRAHEANÆ, ANNO 1601.

Cæterum cauſam migrationis aſſequi paulò difficilius eſt, *Braheus* in ea recenſenda ſibi non immerito favet, & Principum conſilia ac mentes tam ſunt imperviæ, ut *alia* plerumque omnia *præferantur*, quamquæ ſentiant.

Keplerus Tychovi à Calculo Rudolpho Cæſare aſſignante datus, & *Gansnebius* Cæſareæ Bibliothecæ Præfectus, idemque *Tychonis Gener*, cenſuerunt, *Braheum* in eâ inſulâ tantâ æſtimatione Aſtronomicorum ſucceſſuum fuiſſe, ut certatim ad eum *tota Europa concurſus fierent*. Ea res haud dubio in *Aula Cimbrica* ſermonibus anſam præbuit; Acceſſit arcta, cum *Iacobo Curtio à Senfftenavv Procancellario Imperij* neceſſitudo, ipſa harum litterarum tractatione conciliata, qui cum RVDOLPHO CÆSARI pro eâ, quâ apud illum Principem pollebat exiſtimatione, ſingulariter *Tychonis in excolenda Aſtronomia*

operam atque felicitatem commendasset; fieri aliter non potuit, quam ut hisce præsidijs se *Braheus*, adversus quascunque fortunæ injurias satis communitum crederet, eoque in *Aulâ Cymbricâ*, quo identidem evocabatur animosius se inter illiteratos & Cœli ac siderum securos circumferret.

Sed vivente FRIDERICO REGE, nec ignaro quâ gloria totius DANICÆ GENTIS ea studia à Tychone tractarentur, moveri nihil admodum potuit. Eo defuncto & novo Rege studijs alijs imminente, facilè fuit *alios titulos* reperiri, in quos eæ impensæ, quæ hactenus *Regis liberalitate Braheo* præstitæ fuerant, collocarentur.

Sic loquitur ea de re *Braheus* in Commentario ad Annum 1597. *Causa hujus inexpectatæ mutationis inde potissimum extitit, quod cum statim à Coronatione Regis, feudo Norvagico quod præcipuum erat Astronomici exercitij subsidium privatus essem, nec quidvis apud Aulæ Magistrum agendo, id recipere potuissem, scripsi demum sub initium hujus Anni ad Cancellarium, unaque misi copiam litterarum Regni Senatorum aliter spondentium, & eum sui officij in Astronomiæ, honoris Patriæ saltem causa, conservandæ procuratione disertè admonui: atque de ijs quæ alias subsequerentur, satis præmonui, sed is subito rescripsit, nec feudum restitui posse, nec Regi integrum esse in Instrumentorum Astronomicorum sustentationem quidpiam impendere. Quia & postea salarium huc à Laudatissimæ Memoriæ Rege* FRIDERICO *annuatim deputatum mihi ademptum est. Taceo nunc, quæ circa reprobos istos Insulares & Parochum in odium mei evenerunt. Quare subtractis Astronomiæ instaurandæ adminiculis, cum viderem me & mea studia, quæ deserere nefas duco, adeo in Patria esse invisa & despectui habita, nihil aliud restabat, quam ut inde abiens alibi mihi & ijs rectiùs prospicerem, ne tot annorum labores & sumptus irriti redderentur. Vix autem Patria egressus eram, quin Cancellarius præbendam meam Rotyuiensem acquirens in privatos usus converterit quo sic reditus mei occasiones (si quæ restarent) præcluderet;*

Et fortè huc cursus fuit.

Mansi deinde Rostochij cum meis per anni quadrantem, non sine periculo ob luem Epydemicam illic continue grassantem, quo nostratibus Patriæ adhuc studens rem rectiùs dispiciendi satis temporis relinquerem. Sed demum à Nobilissimo Viro Domino Henrico Ranzovio inde per litteras amanter evocatus, ut contagium illud evitarem in Holsatiam me recepi, atque ejus Arcem VVandesburgicam semisse tantummodo milliaris, Hamburgo remotam ipso benigne mihi inhabitandam concedente, occupavi, ubi per hybernum otium volente Cœlorum opifice observationes Astronomicas, ulterius pertexere, & quædam in operibus meis absolvere decrevi. Quæ memoriæ causa breviter annotanda duxi: alias suo tempore & loco de ijsdem latius.

Altera igitur hospitatio *Brahei* & *Braheanæ Astronomiæ* post fuit desertam HUENNAM in WANDESBURG, cujus arcis iconem hic damus, ex Bibliotheca *Illustris Viri VVolffgangi Iacobi Ungelder à Dissenhausen* qui prioribus bellis *Colonellus*, Buxtenhudæ sub *auspicijs Bavaricis*, non procul ab ea arce præsidio impositus erat.

Cæterum *Braheus* ea in Arce vix anno toto commoratus, evocante AUGUSTISS. CÆS. RUDOLPHO II. cum omni familia *in Bohemiam* concessit

Prima illic habitatio in Arce *Benatica* seu *Benachia* fuit, quam ante cæ-

teras, quæ illi à CÆSARE oblata erant, elegit, solitus eam arcem *Boemorum Venetias* appellare, ob amœnitatem, & circumfundentes se aquas.

Eo loco *Braheus* perstitit, usque ad CÆSARIS adventum, qui *Praga Pilsenam* ob luem *Epydemicam* discesserat, conflictatus, ut de eo *Keplerus* profitetur, *cum in peritia locorum, hominum, linguæ, morum, nihilo tamen secus observationibus & scribendis ad varios Epistolis incumbens.*

Interim reverso CÆSARE Instrumenta quæ ex Dania advenerant in Hortos Cæsaris exposita fuêre, & identidem habuere inexspectantem, ex vicina domo hortensi, ipsum RUDOLPHUM CÆSAREM.

Cùm verò inde *Instrumentis* atque *Observationibus*, aptior & constantior locus quæreretur, assignatæ sunt eidem *Braheo*, *Ædes Curtianæ*, quas in hos aliosque usus, *Procancellarius Imperij* JACOBUS CURTIUS singulari artificio extruxerat, tectis exemptilibus, ut ultro aperiri & *liberum* unde quaque *Cælum admittere possent.* Huc Braheus Anno 1601. sub 25. Febr. concessit. Quod ultimum fuit *Astronomiæ Braheanæ hospicium*, etiam Octobri mense ejusdem anni, postremæ illic observationes habitæ, & paulò pòst *Braheus* illic in domo suis pro Cœlo & Astronomiæ laboribus immortuus est.

Icones *Vraniburgi*, *Vandesburgi* & aliarum per *Bohemiam Stationum*, quæ *Braheanam Astronomiam* Hospitem habuerunt paulo ante exhibuimus. Quarum posteriores his diebus ab *Illust. & Excellentiss. Comite Bernardo Martinitio &c. Sac. Cæs. Majest. Arcano Consiliario, & Regni Bohemiæ Burgravio ac Prorege* ad nos transmissæ sunt. Magnam partem in acervos, & rudera collapsæ, ut hoc etiam exemplo adpareat majorem sperari posse, à *libris & scriptis*, quam à *Saxis* & *Machinis* immortalitatem.

Quæ porro his locis ad observanda sidera *Braheus* contulerit, quibus præsidijs ad *Excolendam Astronomiam* assurrexerit, ea nunc ordine explicanda sunt.

Primæ sunt, quas hic expressas vides. *Dioptras & Divisiones Braheanas* instrumentis atque Machinis omnibus communes.


DIOPTRÆ BRAHEANÆ.



HAbent ut in ſchemate vides, alas ſeu valvulas exemptiles, ut arctari laxarique poſſint, quomodo oculis placuerit; Rimulæ infra hiantes, & pertuſa tabella, per quam collineatur, ut Stellam extremis pinnis, tanquam retibus captam in mediam Dioptram ſiſtant, Vidimus ad hanc formam, alias etiam Dioptras à *Iuſto Birgio* elaboratas, eo artificio, ut aperiente regula ultro etiam dilaterentur, arctante verò eadem ſe conciderent; Vidimus & alias, undique tectas atque clauſas, ut tanto fidelior eſſet, in Cælum & ſidera proſpectatio. Neſcio enim quid ſincerius Oculi collineant, excluſa luce, & caſtigato intra canales viſu, & memini veteri in Monaſterio librum videre, conſcriptum ante annos quadrin gentos; quo in libro neſcio quis Aſtronomus Cœlum & Sidera per ejuſmodi tubum ſeu Canalem rimatur, cumque cogitandum non ſit, aliquid jam tum de Florentina arundine, quam noſtra primùm Ætas videre meruit, ſuboluiſſe, illud tamen forſitan deduci poteſt, jam tum ita ſenſiſſe Aſtronomos collectis per ejuſmodi Canales radijs, certiùs in Cœlum & Sidera collineari.

DIVISIONES BRAHEANÆ.

DE partitione graduum in ſuas minutias propria Tychonis pragmatia fuit, & quæ per omnia Inſtrumenta recurreret, ac proinde hic ante alia memoranda eſt, eam hic appictam vides, tranſverſalibus lineis fimbriatam.



Et Braheus quidem ipſemet cenſuit, deſcriptionem eam per tranſverſales lineas, ad ſubtilitatem Geometricam non pertingere: ſed & periclitatus eſt calculo, uno in gradu, tribus tertijs peccari, quæ res eſt haud dubio contemptiſſimæ parvitatis, & ſi cui naſuto bilem moverit, cogitandum

de eo est haud dubiè, hunc talem ad hæc sacra admissum, nunquam fuisse.

Cæterum succurrere huic labi facile poterit, si transversa puncta non æqualiter inter se absistant, sed ad extremas margines dilatentur.

Illud hic animadvertere licet, cum appositum schema æquet magnitudinem gradus unius, quales in limbo Instrumenti circumsistunt. Hæc autem Vntia Augustana major non sit, ejusmodi vero gradus non plures quam 55. circiter in semidiametro circuli constitui possint, Machinas illas Vraniburgicas earumque semidiametros, pedes sex nostrates non magnopere excessisse ut adeo ex hoc etiam argumento appareat, *Braheo* hujusmodi mediocres Machinas, præ vastis & intractabilibus allibuisse.

Cæterùm quando hæc Historia Cælestis FERD. III. AVG. IMPER. auspicijs debetur, libet quoque hic ejus inventa meminisse: quæ ad partiendos ejusmodi limbos adhiberi possunt.

Margines quas hic vides, duodecim in singulos gradus denticulis exsectæ sunt, & supra illas Vertebra, ad ipsam lineæ versatilis metam affixa, quæ marginem sextantis admordeat, certo quidem ac stabili loco, sed rotula versatili, ut ad gradus singulos se circumagens, suæ accuratiæ testem habeat, si absoluto circuitu, alterum deinde gradum attingat.

Vidimus ejusmodi regulam catella ærea & duabus vertebris elaboratam, sed regula cava erat; & catenula diligenter extensa, ut ad motum regulæ per sextantem circumeuntis, ipsa etiam vertebra, & catella moveretur.

	2	40	45	2	50	45
Alt. Poli	50	5	45	50	5	55
Med. utriusque	50	5	50			

3. Maij spica Chalybeo	30	53	
	9	1	15
Altit. Æquat.	39	54	15
Poli	50	5	45
Pone alt. Poli Pragæ	50°	5′	45″

13. Maij.

NB. Juxta finem Maij declin. sp. ♍	9	1	20
Comp. Polar.	2	50	42
9 29 Altit. Polar. Meridiana Volub.	47	15	
Chalybeo	47	$15\frac{1}{3}$	
9 52 Alt. Mer. spicæ ♍ Mur. pinn. sup.	30	$51\frac{3}{4}$	
Infer.	30	$52\frac{5}{6}$	
Chalybeo	30	$53\frac{1}{6}$	
Volubili	30	53	

Chalybeo				Volubili		
Alt. spic.	30	53	10 Chal.	30	53	
Declin.	9	1	20	9	1	20
Alt. caud. ♌	39	54	30	39	54	20
Alt. Poli	50	5	30	50	5	40
Polar. Stella	47	15	15	47	15	0
	2	50	42	2	50	42
E Polari	50	5	37	5	5	42
E spica	50	5	30			
Differ.			27	Ergo Pol. 50° 5′ 4″		
Medium	50	5	45			

Die 15. Maij.

Altit. Mer. 3tiæ alæ ♍ Volub.	40	$40\frac{1}{2}$
Chalybeo	40	$40\frac{5}{6}$
Mur. pinn. sup.	40	$40\frac{2}{3}$
Alt. Polaris minima Volubili	47°	15′
Chalybeo	47	$15\frac{1}{4}$

Provenit hinc limitate Polus	50	5	35
At prius eadem ex spica	50	5	45.

Si itaque medium acceperimus insensibiliter aberrabitur ut sit 50 5 40

Volubili				Chalybeo		
Alt. 3tiæ alæ ♍	40	40	30	40	40	50
Declin.		46	3		46	3
Altit. Æquat.	39	54	37	39	54	47
Elev. Poli	50	5	33	50	5	13
Altit. Polaris	47	15		47	15	15
	2	50	42	2	50	42
Elev. Poli	50	5	42	50	5	57
Ex 3tia alæ	50	5	33	50	5	13
Differ.			9			44
Medium			4			22
	50	5	37	50	5	35

Die 21. Maij.

9 10 Altit. Mer. Polaris Min. Chalybeo	47	15
Volubili	47	15
9 27 Altit. Merid. spicæ ♍ Volubili	30	53
Mural pinnac sup.	30	$52\frac{2}{3}$
Chalybeo	30	$52\frac{5}{6}$
11 17 Altit Mer. Lancis Bor. Volubili	32	$4\frac{1}{3}$
Chalybeo	32	$4\frac{1}{6}$
Mur. super.	32	4

Die 28. Maij.

Pro examinando Sextante.

Inter spicam & lancem Boream	27	$32\frac{3}{4}$
Repetita	27	$32\frac{2}{3}$
Vera distantia	27	34
Alt. Merid. lancis Boreæ Volubili	32	$4\frac{1}{6}$
Chalybeo	32	$3\frac{1}{4}$
Mur. pinnac. sup.	32	4

JU-

JUNIUS

Die 4.

Transibat Lucida Vulturis per meridianum habens altitudinem Volubili 47 48 $\frac{1}{6}$

Chalybeo 47 48 $\frac{1}{3}$

Mural. { Pinnac. super. 47 48 $\frac{1}{3}$

{ Infer. 47 48 $\frac{1}{2}$

Declinatio Vulturis nunc.	7	53	20
Altitudo Observata	47	48	20
Altit. Æquat.	39	55	0
Poli	50	5	0
Alt. Polaris per Chal.	47	15	15
Dist. à Polo	2	50	45
Alt. Poli	50	6	0
Prius erat	50	5	0
Differentia	0	1	0
Medium	0	0	30
Altit. Infima	50	5	0
Altit. Vera	50	5	30

Pone itaque Poli altitudinem ex aquilæ lucida, & Polari limitatam 50 5 30.

Die 29.

Pro explorando Sextante.

Inter Lyram & lucidam Coronæ 39 40 $\frac{1}{2}$

Bis repetita 39 41

Debebat esse 39 42 $\frac{1}{4}$

Distantijs itaque observatis est addendum $\frac{1}{4}$ ut veræ habeantur.

JULIUS.

Paulo ante mediam noctem transibat Lucida Vulturis per merid. habens altitudinem

Volubili	47	47 $\frac{1}{2}$	
Murali	47	47 $\frac{3}{4}$	
Chalybeo	47	48 $\frac{1}{2}$	
Altit. Observ.	47	47	40
Decl. Vult.	7	53	20
Alt. Æquat	39	54	20
Elev. Poli	50	5	40

Die 10. OCTOBRIS. Mane H. 3.

Pro explorando Sextante.

	G.	M.
Capiebatur distantia inter Aldeb. & Infer. cap. II	45	5
Distantia repetita	45	3 $\frac{5}{6}$
Distantia repetita	45	3 $\frac{5}{6}$
Eadem distantia repetita	45	3 $\frac{5}{6}$
Debet esse	45	5 $\frac{1}{2}$

11. Octobris.

Pro examinando Sextante.

Capiebatur dist. inter Aldeb. & Procyon.	46	20 $\frac{1}{3}$
Distantia repetita	46	20 $\frac{1}{3}$
Eadem distantia repetita	46	20 $\frac{1}{3}$




Pragæ Altitudo poli. 50° 5 $\frac{3}{4}$' vel 5 $\frac{1}{2}$'

HÆ ultimæ fuerunt ex *Braheanis* Observationes, *Fixarum & Solis ac Planetarum*, captæ 11. Octob. ut etiam testatur Spicilegium *Schnelli* ex hisce M.S. decerptum, opera ut opinor & stylo Kepleri, qui jam tum ex Styria redierat.

Postridie enim BRAHEUS vesicæmalo decumbere coactus, Spes magnas *Astronomiæ instaurandæ* impendendas, non multò post abrupit.

Vocati Cæsaris Medici apud contumacem, & inter deliria ac frequentes subinde calorum accessiones, aliena omnia fastidientem, parum profecêre, itaque 24. Octob. exasperato malo, inter suorum lacrymas mortalitate excessit.



PARALIPOMENA
AD
HISTORIAM
CÆLESTEM.

EX RECENSITIONE ET MANUSCRIPTIS GUILIELMI SCHIKARDI.



FInem Historiæ Cælesti imponit *Liber* hic *Paralipomenos*, complexus ea, quæ post excessum TYCHONIS in Cælo observata, & à *Doctissimo Schickardo* diligentet consignata sunt.

Ea etiam AUGUSTISSIMI IMP. FERD. III. curæ, & in ornandam Astronomiam studio debentur.

Cum enim Superioribus annis inter litteratas remissiones, quibus distinguere identidem curas Imperiales solebat *litteratissimus* IMP. de Mœstlini observatis mentio incideret, qui *Tychoni* Coævus, multos annos animadversioni rerum Cælestium impendisset; Missus est in *VVirtenbergiam*, qui circumspiceret, ne eæ scriptiones, temerè spargerentur, aut per belli injurias perirent.

Ea occasione repertus est, & *Cæsaris impensa* paratus *VVilhelmi Schickardi liber manuscriptus*, qui & Mœstlini observationes, ex ejus authographo exceptas habebat, & nonnulla alia, ab amicis communicata quæ unum in Volumen, idem *Schickardus*, altiore consilio, solertissimè digesserat.

Adjectæ deinde ipsius *Schickardi* aliquot annorum *Observationes*, tam peritè & solerter, è Cælo exceptæ, ut docti & conscij harum rerum statuerent, indigna non esse, quæ *Observatis Braheanis* Epimetri loco miscerentur, *Viamque* Astrophilis, & *Methodum* ostenderent, quo pacto absque machinarum pompa & apparatu, tamen posteritatis necessitati satisfieri possit.

Ea spes fecit, ut hisce *Paralipomenis* finem alium nullum imponeremus, optaremus verò potiùs, communi Astronomorum operâ *conferri* tanquam *symbolas* ad juvandam Astronomiam, & exploranda ea, quæ post *Brahei Vigilias* supersunt.

Hæc esset *Cœlestis Historiæ*, pulcherrima *Coronis*, quâ longè post fata nostra, sera posteritas frueretur.

Itaque mihi, apud eos de quorum erga Cælestem hanc scientiam affectu dubitare non licet peroranti, roganda potiùs est, & *Germania*, & quæ *Germaniam* circumstant per *Europam Provinciæ*, ut Spartam hanc etiam succedentibus annis excolere non omittant.

Sunt, ut mihi compertum est, PP. Societ, JESU *Græcensia*, *Viennensia*, *Pragensia* observata.

Sunt Animadversiones *Ingolstadianæ*, *Colonienses*, *Oenipontanæ*, *Friburgenses*.

Nec *Tubingani* post defunctum Schickardum ab inspiciendo Cælo cessarunt. Et per *Hassiam*, *Saxoniam*, *Marchiam*, tam multi in has curas auctorati se ultro circumferunt

Sed & *Gedani*, doctissimus *Hevelius*, ejusque Symmachus *Ioannes Hekerus*, tantis successibus Cælo se impenderunt, ut soli conficere & repræsentare *Cælestem Historiam* possint.

Nec Dania partam à Braheo gloriam destituit, & vicini *Cimbris Batavi*, si excussâ *I. Golij Bibliothecâ*, eas merces huc convehant, quæ illorum navibus ex *Oriente* in *Europam* transmiserunt, præclarè de hac *Historia*, deque tota posteritate merebuntur.

Britannia autem, quam *Ordienti Æquatori Mathesis* admovit, quid dignius suâ magnitudine faciet, quam si fortunatis suis navigationibus, aperiat, quid in averso orbe, vel hodie, vel olim fuerit observatum.

Jam litterarum ac elegantiarum Mater Italia, tam fortunatis laboribus *doctissimi Riccioli* & *Grimaldi* excitata, velut conductos jam, & conjuratos ex ea felici provincia proceres habet, quos in *Astronomia reformatâ* is quem toties hîc laudavi *Ricciolus* produxit, quique ut existimo non dedignabuntur inter *Brahei*, & tot aliorum veterum artificum *nomina* apparere.

Sed neque dubito *Florentiæ* post oculatissimum *Galilæum* superesse, qui Cælestia hæc spectacula, MAGNO & horum etiam arcanorum conscio DUCI, recenseant.

Roma autem *propria* hæc jam diu *gloria* fuit, ut etiam post *Grienbergeri* vigiles excubias, & *Scheineri* indefessam atque inpræstabilem solertiam superessent, qui in hæc phænomena diligentius imminerent.

Neapolitanis etiam *fontibus* quemadmodum Planetarum *Phases* tam insolitas debemus, ita dubitandum non est, Planetarum illic situs, eadem diligentiâ observatos, alicubi secretos & sepositos asservari.

Hispaniam verò, quid vetat? veteres ALPHONSI REGIS glorias repetere præsertim, cum in hæc sacra comparatum diligentissimum Observatorem habeat, per vicinas *Baleares* quarum jam diu hæc gloria fuit, ut nemo ijs crederetur accuratiùs, ad scopum destinatum, collimare.

Jam amœnitatum omnium & *humanitatis Magistra Gallia*, habet velut in procinctu stantes *Gassendi Commentarios rerum Cælestium*, habet & *Gratianopoli* solertissimi Hortolani observata, & *doctissimus Ismael Bullialdus* quemadmodum ad explicandas *Historiæ Cælestis* hiatus, tam multa contulit, ita non differet, aut dedignabitur in easdem se porrò curas inferre.

Quodsi *Adamus Schallus Societ. IEsu* (ex quo Batavi ultimis Commentarijs Scaligerum fecerunt) à suo etiam *Oriente Sinensium* per tot annos *observata* inspergeret, sperari haud dubio posset *de Historia Cælesti* aliquid grandiùs, & posteritatis aviditati suffecturum, pro cujus *æquissimis desiderijs brevia* hæc *Paralipomena*, tanquam ex provocatione depugnant.

Annus

Annus Christi 1601.

Eclipsis Lunæ die nono Decemb.

Gulielmus Schickardus è Paralipomen. Kepleri fol. 371. recensuit.

UTebantur horologio Tychonis. Initium cursus erat fortuitum, adhibuerunt etiam quadrantes magnos, notandis appulsibus siderum ad meridiem.

Horologium indicabat horam 5. 33′ ½, sed verior hora fuit 5. 21′. Marcab Pegesi à Studioso Observata eo stare in meridiano, postridie tamen distantia à Meridie deprehensa 17′.


Hora Automati 5. 35′, vera 5. 23′. Initium Eclipsis ex sequentibus huc referendum.

Hora Automati 5. 37′. manifestus erat defectus, umbra fuit ab inferiori parte ad sinistram quasi 15°. sine instrumento tamen æstimata.



Hora Automati 5. 50′ ½. sed vera 5. 38′. Marcab & Scheat Pegasi, Keplerus in Meridiano vero observavit.

Hora Automati 6 20′. hoc est vera. 6. 8′. linea per cornua Parallelos Horizonti deficiebat plus dimidio.



Hora Automati 6. 56′. vera 6. 46′. erat enim extrema alæ Pegasi in meridiano, circulus per Centra vergebat ad cornu ♉, & Capellam.



Hora Automati 7. 7′. vera 6. 53 ½. incedebat circulus hic medio loco inter humeros Erichtonij versus Polarem; ergo medium circiter. Tunc linea per cornua ♉ secabat residuum Lunæ, utrinque relinquebantur ejus duæ tertiæ supra in meridie, una tertia infra in Septentrione ad sinistram.

Hora Autom. 8. 8′. vera 7. 54′ ½ erecta stetit Lunula.



Hora Autom. 8. 48′. vera 8. 34′ ½ finis, Lunæ umbra quasi 70°. à vertice ad dextram.

Hor. Autom. 8. 51′ ½ erat Lucida Arietis in meridie, ergo vera hora 8. 38′. duratio ex observatione h. 3. 12′.



Quod autem in Tychonis Lunaribus computata extet H. 3. 35 ′. factum est vitio, calculi subirrepente. Debebat esse H. 3. 9′ ⅓. quod parum ab observatione dissentit.

Medium H. 6. 59′. Tycho prædixerat H 7. 1′. Satis propinque, defectus tamen paulò minor videbatur, eo qui in progymnasmatis pingitur.

Adrianus Metius observavit Vranekeræ.

Initium	H.	4	42′
Finis	H.	8	18′
Igitur medium	H.	6	30′

Landspergius Gœsæ medium ponit H. 6. 12′. defecisse plus Dextante ab Austro, digitos numerat 10 ⅔ colligit hinc umbræ semidiametrum 46′. 19″.

Ambrosius Rhodius Witebergæ defectum æstimavit. 10. digit.

Observata hæc eadem Eclipsis Tarvisij apud Venetos, à *Christophoro Sale Mathematico*, sed observatio ipsa non ponitur.

Eclipsis Solis die 24. Decemb.

Observata Pragæ à Keplero paulò post mortem Tychonis.

Observatio peracta in conclavi adprime obscuro. Adhibitum Instrumentum Eclipticum, quo tamen uti toto non potuit, propter crassitiem muri.

Etiam fenestra sub finem mutanda fuit, propter obliquitatem incidentis radij vespertini.

Spectatores fuere Braheani, Diameter tamen Lunæ quamvis Apogæa certo non minor 30 ½ apparuisse.

Tempora notata ex horologio Tychonico, minutorum etiam secundorum capace. Justè celeritatis examen, priùs ad revolutionem cæli habitum.

Azimutha notata sunt parvo quadrante, cujus po-

ſitio ſeſqui gradum ad ortum peccare deprehenſa eſt,& ne obeſſet correcta.

I.

Initium H. 1. $17'\frac{1}{2}$ angulus tunc per calculos reperitur inter Eclipticam & verticalem $76^{\circ}.9'$. Inter Eclipticam & circulum per centra $6^{\circ}.9'$. potius 4° $9'$. ille initio Auſtralis fuit. Diſtantia centrorum $30'\frac{2}{3}$ Latitudo Lunæ viſa $2\frac{1}{4}$. Auſtr. Longitudo Lunæ viſa $30'\frac{1}{2}$ ante Solem.

II.


Paulò pòſt H. 1. $18'\frac{3}{4}$ inclinatio verticalis 70°. ex conſecutione mox apparebit debuiſſe eſſe 72°. angulus Eclipticæ cum verticali $75^{\circ}.44'$. per centra 5° $44'$. rectius $3^{\circ}.44$.

III.

Mox H. 1. $23'\frac{1}{4}$ inclinatio 72°. Angulus Eclipticæ cum verticali $75^{\circ}.15'$. cum centris $3^{\circ}.15'$.

IV.

Cum jam digitus primus deficeret, horologium indicavit $24'\frac{1}{2}$. Inclinatio adhuc notabatur 72°. oportet collationari cum ſeqnentibus Angulus Eclipticæ cum verticali $74^{\circ}.52'$. cum centris $2^{\circ}.52'$. Diſtantia centrorum $27'\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo auſt. viſa $1'\frac{1}{2}$. longitudo $27'\frac{1}{2}$.



V.

Hora 1. $25'\frac{1}{4}$ inclinatio 75°. (incerta) Azimuth verò $18^{\circ}.30'$.

VI.

Hora 1. $30'$. inclinatio iterum $72'$.

VII.


Digiti duo defecerunt H. 1. $35'\frac{1}{2}$. inclinatio adhuc 72°. Azimuth $21^{\circ}.40'$. Angulus Eclipticæ cum verticali $73^{\circ}.17'$. cum centris $1^{\circ}.17'$. Diſtantia centrorum $24'\frac{1}{2}$, Lunæ latitudo viſa $0'\frac{1}{2}$. auſtralis, longitudo ante Solem $24'\frac{1}{2}$.

VIII.

Hora 1. $42'$. inclinatio certior $74^{\circ}\frac{1}{4}$.

IX.

Hora 1. $44'\frac{1}{2}$, digit. 3. inclinatio 76°. Azimuth 23° Angulus Eclipticæ cum verticali $71^{\circ}.59'$. cum centris $4^{\circ}.1'$. jam Borealis. Diſtantia centrorum $21'\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo viſa deinceps Borealis $1\frac{1}{2}$. Longitudo ante Solem $21'.\frac{1}{2}$.




X.

Digit. $6.\frac{1}{3}$ - H. 2. $20'\frac{1}{2}$. Inclinatio 86°. Angulus Eclipticæ cum verticali $66^{\circ}.47'$. cum centris $19^{\circ}.13$. Diſtantia centrorum $11'\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo viſa Borealis $3'\frac{3}{4}$. Longitudo ante Solem $10'\frac{3}{4}$.

XI.

Hor. 2, $23'\frac{1}{2}$. Inclinatio rectangula 90°. deinceps ſurſum retrorſum.



XII.

Hor. 2. 30°. Dig. $7\frac{1}{3}$. Inclin. 84°. Angulus Eclipticæ cum verticali $65^{\circ}.30'$. cum centris $30^{\circ}\frac{1}{2}$. Diſtantia centrorum $8\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo viſa Borealis $4'\frac{1}{4}$. Longitudo ante Solem. $7\frac{1}{4}$.

XIII.

H. 2. $43'\frac{1}{2}$. Dig. $7\frac{2}{3}$. Inclinatio 79°. Angulus Eclipticæ cum verticali $63^{\circ}.43'$ cum centris $37^{\circ}.17'$. Diſtantia centrorum $7\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo viſa $4\frac{1}{2}$. Longitudo ante Solem 6.

Circa H. 2. $50'$. oportet maximam obſcurationem ſimul & viſibilem conjunctionem contigiſſe, nunc enim tempore parum differebant, quia defectus eſt magnus, centrorumque diſtantia parva.



XIV.

H. 2. $53'\frac{1}{2}$. Dig 8. Inclin. 19°. Angulus Eclipt. cum verticali $62^{\circ}\frac{1}{2}$. cum centris $81^{\circ}\frac{1}{2}$. jam verſus ortum. Diſtantia centrorum $6\frac{1}{3}$. Latitudo Lunæ Bor. $6'\frac{1}{3}$. Luna viſa deinceps, ultra Solem $1'$.

XV.

H. 3 præciſè non omnino digiti 8. ſed $7\frac{2}{3}$, quaſi, inclinatio exigua, ſed nondum planè nulla. Angul. Eclipticæ & vertic. $61^{\circ}.39'$. Eclipticæ & centrorum inter $80^{\circ}.39'$. & $61^{\circ}.39'$. dubius, diſtantia, centrorum $7'\frac{1}{3}$. Latitudo Lunæ viſa $7'$. Longitudo Lunæ $2'$. poſt Solem.



XVI.

XVI.

Hor. 3. 6′. Inclinatio jam 7° (intellige ad alterum latus) Luna iterum augeſcens.

XVII.

Hora 3. 9′ $\frac{1}{2}$. dig. 6 $\frac{2}{3}$. Inclinatio 14°. Angulus Eclipticæ, cum verticali 60°. 30′. cum centris 46°. 30′. Diſtantia centrorum 10° $\frac{1}{2}$. Lunæ latitudo viſa 7 $\frac{1}{2}$ Bor. longitudo 7′ $\frac{1}{2}$ ultra Solem.



XVIII.

Hor. 3. 15′. dig. 6 circiter, angulus Eclipt. cum verticali 59°. 22′. Diſtantia centrorum 12′ $\frac{1}{2}$. latitudo Lunæ 8′. longitudo 9′. circiter, ſed Eclipt. & centrorum dubius inter 45°. 52′. & 34°. 52′.

XIX.

Hor. 3. 21′. dig. 5 $\frac{1}{2}$ Solis inclinatio 25°. Solis tunc poſterior limbus poſt nubem, inferior poſt montes ibat, properans ad verum Horizontem, Angulus Eclipticæ cum verticali 59°. 8′. cum centris 34°, 8′. Diſtantia centrorum 14′. latitudo viſa 8′. Borealis, locus Lunæ poſt Solem 11′ $\frac{1}{2}$.

Eclipſis hæc octodecim milliaribus ultra Nidroſiam Norvegiæ ſub elevatione Poli 64° $\frac{2}{3}$ obſervata eſt, H. 1. poſt merid. in Horizonte. Sol, propter parallaxes Lunæ, & inſignem ibi refractionem (in Horizontis vicinia) ſuperiori limbo ſatis conſpicuus.



Andreas Foſſius ex relatione Piſcatorum delineavit, picturæ erat centralis conjunctio.

Sol ita lunare corpus intra ſui complexum comprehenderat, ut lux undiquaque ad marginem diffunderetur, & ſesqui altero quaſi digito circumquaque emineret.

Luna tunc propè Apogæum non tamen adeo minuta fuiſſet diameter, niſi vapor Oceani interveniſſet.

Hinc parallaxis quæratur, refractio nihil obſtat, quia utrinque communis.



Landſpergius Gœſæ medium habet H. 1. 50′. poſt meridiem, totus Lunæ Orbis intra orbem Solis. boreales limbi luminarium coincidebant, facientes angulum contactus auſtrini. Diſtabant ferè 6′ $\frac{3}{4}$.

Annus Chriſti 1602.

Eclipſis Lunæ die 4. Iunij Pragæ.

Utebantur Horolog. Tichonico minutorum & ſecundorum indice.

Illud initio utcunque capto accommodabat ad Solis Occaſum 4° $\frac{2}{3}$.

Index monſtrabat H. 6. 43′. cum Sol altus eſſet 4°. 40′. vera fuit ergo H 7. 24′. (differentia ergo 41′) Iris videbatur.

Indice horologij 7. 17′. monſtrante, vera tamen H. 7. 58′. Occidebat Sol, Luna orta eſt in craſsis nubibus.

Horol. 8. 2′. verè H. 8. 43′. primum viſum luminis Lunæ veſtigium.

Indice Horol. monſtrante 8. 54′. de rotunda ☾ circumferentia aberat pars ſexta (non ait de diametro, ſed peripheria, unde diametri defectus æſtimatur) umbra ſpectabat infra ♃.



Indice Horol. monſtrante H. 8. 19′. vera Hor. 9. nondum omnis deſierat.


Indice Horolog. monſtrante H. 8. 21′. vera H. 9 2 viſa eſt tota circumferentia, ſed pallida.

Finis tum vel ad ſummum 1′. poſt, ſcilicet H 9. 3′ Tychonis calculus finem exhibuit Hor. 9. 19′. quod variè excuſat Keplerus.

Annus Chriſti 1603.

Die 14. Martij.

Veſperi Lunam clare vidit Keplerus, licet Soli viciniſſimam. Sol fuit H. 6. in 23°. 49′. ♓, Luna in 14°. 43′. Arietis. inter Solem & viſum Lunæ circuli magni 20°. 10′. hinc exortum Lunæ.



Spectavit Pragæ H. 6. Arcus per viſibilem locum Lunæ, perque Solem ſecabat Horizontem angulo circiter 78°, planè enim cornua Lunæ ſiniſtrum verticis proximè ſpectabant; Eratque ideo viſibilis centri Lunæ à centro Solis diſtantia 20°. 10′.

Cer-

Cernebatur Luna toto corpore clarissimè, fruens lumine telluris. NB. Nam dimidia circumferentia à lucente cornu ambiebatur,

Idem Annus 1603.

Eclipsis Lunæ, die 24. Maij.

LUna sublato lumine visa est à parte meridiana, non procul à claris fixis, & ♄.

NB. In ♄ & ♃ altitudinibus occupatus Keplerus tempora illorum appulsus ad meridiem, non ea præcisione notavit, quæ pro fixis serviret.

Saturni locus per distantias à fixis tunc observatus in 0°.46′ ♐, cum latitudine 2°.10′ ½ Borea. Horologio usus est Tychonico, indicante secunda, consensus cum duobus Urbicis arguebat constantiam motus.

Horologium Tychonicum H. 9 12′ ½. Arcturus erat in meridiano, itaque vera H. erat 9. 53. ½. Urbicum sonabat decimam, intellige Germanicum, nam Boëmi aliter numerant.


Index Horologij Tychonici H. 9. 59′. Luna nondum deficiens stabat in eodem verticali cum corde ♏.



Index Horologij Tychon. monstrabat H. 10. 4′. tunc erat Boëmis H. 3.

Index Tychon. H. 10. 10′. vera H. 10.49′. ♃ in meridiano altus 24°. 32′. vibratio Lunæ in oculis Kepleri lusciosi.

Index Tychon. 10. 18′. vera H. 10. 59′.



Keplero censebatur initium; Inclinatio per lunare instrumentum deprehensa est infernè ad ortum 224° ½, stante 270°. in Nadir.

Hora Indicis 10. 23′. vera H. 11. 4′. Alijs etiam defectus sentiebatur. Inclinatio 228°. Luna desere bat verticalem cordis ♏, quasi retrocessisset: non tamen toto corpore.

Index H. 10 29′ ½ vera Hora 11. 10′. Inclinatio 230° ½, linea ex ♄ transibat per centra.


Index H. 10 42′ vera H 11 24′ Caput serpentis in meridiano. Inclinatio 236° ½, defecerant jam dig 5. Linea per centra transibat supra ♄.

Index H 10. 51′. vera H. 11. 32. Inclinatio 242°.

Index H. 10. 57′. dimidium.

Index H. 11. 2′ ½. (sonabat Boëmis H. 4.) Saturnus in meridiano altus. 21°. 47′ ½.

Index H. 11. 9′. vera H 11. 49′. aberat dimidium circumferentiæ.



Index H. 11. 13′. vera H. 11. 55′. Inclinatio 224°

Index H. 11. 19. vera H. 12. 1′. Lunæ centrum in meridiano (cum enim H. 12. 0′. superfuerit semihora ad medium, centro ☾ 15′. antevertente centrum Umbræ, quæ faciunt in transitu 1′. pulchrè congruit, ut H. 12. 1′. centrum ☾ notaretur in meridiano.



Tunc residuæ partis lucidæ medium altum fuit 19°. 7′. (unde parallaxis computabatur, scitur enim ex tempore, locus Solis oppositus, quàm altus esse debeat verè. Scitur etiam ex inclinatione & digit. △V. M. P ergò quantum altitudini V. vel P. addi debeat, ut habeatur verum M. id confertur deinde cum viso M.) Polus Pragæ 50°. 6′.

H 11. 24′ vera H 12. 6′ Inclinatio 255°.

H. 11. 31′. vera H. 12 13′. Cornua spectabant Cor Scorpij (etiam hoc facit ad parallaxim eruendam.

H. 11 43′. vera H. 12 25′. Luna supina stabat, demissis æqualiter cornibus.



H. 12. 2′. vera H. 12. 44′. Cornua cum ♃ erant in rectâ, jam occidentalius ferè elevabatur, arguebat medium.

Index H. 12. 3′. (Boëmis 5. sonabat.)

Index H. 12. 23′. vera H. 1. 5′. Inclinatio 288° ½

Hora indicis 12. 47′. vera H. 1. 29′. Inclinatio 300°. aberat quasi unatertia diametri.



Hora 1.3′.(ſonabat Boemis H. 6. noctis) vera H. 1 45′. Inclin. 302° ½.

Index H. 1. 10′. vera H. 1. 52′. adhuc aliquid deerat.

Index H. 1. 14. vera H 1. 56′. Inclinatio 302°. quidam putabant jam deſijſſe: Keplero nondum rotunda putabatur.

Index H. 1. 26′. vera H. 2. 8′. Keplero iterum vibratio.

Duratio ex calculo Tychonis H.	3 2′.
In oculis aliorum.	2.52′.
Keplero.	2.59′.
At cum vibratione.	3.19′.

Medium ex obſervatione H. 12.30′. huic Landſpergius contradicit, referens ad H. 12.40′. Tychonis calculo Pragæ H. 12. 32′. Uraniburgi Hor. 12.27′.

Gulielmus Nantomerius ait, ſe ſuâ ætate nullius Eclipſis obſervationem intermiſiſſe, quoties quidem ſerenum fuerit, communicaſſe ſua cum exteris, & illum viciſſim obſervata collegiſſe, ſcilicet ut in uſum Geographiæ, atque cum ſuis magneticis conferret.

Cognatum ſuum *Iean de Landes*, Italiam & Siciliam tunc perluſtrantem juviſſe, ſe vero alibi, Dominum *de Frengeville* Pariſijs juviſſe.

Ex illis Nantomerius colligit differentias meridianorum. Inter Romam & Pariſios. 52′.

Inter Romam & Chaſtres propè Toloſ.	54′.
Inter Romam & Marſiliam	36′.
Inter Romam & Narbonam.	50′.
Inter Maltam & Burdigalam. H. 1.	15′.

Eclipſis Lunæ Obſervat. Pragæ.

Eodem Anno 1603.

Die 18. Novemb.

INcepit quaſi 65°. à vertice ad ſiniſtram numerando, deſijt umbra non penitus ad verticem pervenienti ſed adhuc ad ſiniſtram vergente verſus ortum, nam fuit in Orientali quadrante meridionalis defectus, Lunâ deſcendente ad meridiem.

Cæpit 10′. poſtquam culminaſſet dexter Humerus Aquarij, cum jam ante dimidiam horam lumen palleſcens illâ ipſâ parte notaretur, vel paulo verſus ſiniſtram inferius; Sol in 24°. 55′ Scorpij. Hinc arguitur H. 6. 21′.

Deſijt, 3′. poſtquam Caput Andromedæ culminaſſet, ergo H. 8. 17′.

Duratio H. 1. 56′. Tychonis calculus dat H. 2. 10′ quantitas Keplero minor parte quartâ diametri viſa, ſed alijs major, de circumferentia putabant abeſſe minus unâ tertiâ, plus unâ quartâ.

Satis certum hunc defectum fuiſſe minorem quam Tycho voluerat; medium H. 7. 19′, quod ipſum minutum Tycho Uraniburgi exhibet, pro vera oppoſitione, quæ nonnihil à medio differt.


Circumferentia obtenebrata viſa eſt, cum tamen vix apparerent Clariſsimæ Plejades, ſatis longè diſtantes aliquot gradus, adeo clarè in umbrâ quoque Luna illuſtrabatur. Ad finem H 8. 17′. Angulus inter verticalem & Eclipticam 62°. 48′.

Annus Chriſti 1604.

Die 27. Septemb. Pragæ.

NOndum incenſo novo ſidere pulcherrimum ſpectaculum veſperi fuit: quatuor Planetæ ♄. ♃. ♂. ☾ corniculata eodem loco, & quidem ♄. ♃. ☾. in eadem rectâ ♂ ♃ ♄ in △ Scaleno, breviſſima diſtantia ♂ & ♄, poſt Lunæ & ♄, inde ♃ & ♂, tum ♃ & ♄, denique ♃ & Lunæ.

Primus occidit ♂, deinde ☾, tum ♄, ultimus ♃. apparuitque ad oculum jam tum tranſijſſe oppoſitionem ♂ & ♄.



Computat ibi loca Planetarum ex ſumptis diſtantijs.


♄. Longit. 10°. 1′. Sagittarij,	latit.	1°. 34′	Borea.
♃. Longit. 17°. 32′ Sagittarij,	latit.	19′	Bor.
♂. Longit. 10°. 52′ Sagitt.	latit.	1° 30′ ½	Auſt

Annus Chriſti 1605.

Eclipſis Lunæ die Palmarum 24. Martij.

OBſervante Mœſtlino, recenſente Schickardo Tubingæ.


Initio Eclipſeos Arcturus erat altus ad Orientem 18° ⅓, in fine altus idem 50° ⅛.



Defectus incepit infernè ſiniſtrorſum, cumque quadrantem applicuiſſet per oram deficientem E. & Lunæ centrum D. deprehendit arcum B F. 62°.


Tendi autem arcus D. E (ob parvitatem inſtar rectæ) per centra amborum D, I per 12. tertij Euclidis, tantus igitur erat angulus inter verticalem, &

eandem lineam G. I. D. sive arcus G. E. per 29. primi Euclidis.



Defectus verò desijt supernè dextrorsum, & quadrans tunc applicatus ostendit 28°. tantus fuit angulus D. I. H. & B. A. F.

Assumta Arcturi longitudine 18°. 43. ♎. latitudine 31°. 2½. bor. Locus ☉ verus sub medium Eclipseos 14°. 12′. ♈. Motus ☉ verus spacio 3½ horarum 8′. Motus ☾ verus tanto tempore 2° 4′. Ergo ☾. Motus à ☉ interea 1°. 56′. Semidiameter ☾. apparens 17′⅔. (quam etiam observationibus illius noctis comprobavit esse tantam.) obliquitas Eclipticæ 23°. 31′½. Latit. Tubing. 48°½.




Ex hisce deductis calculum suum sic instituit. Arcturi declin. bor. 21°. 17′. G. E. ejus ascensio recta 209° 26′. G. In △B. E F. dantur omnia latera B. F. Tubingæ 41°. 30′. E. F. 68°. 4′. B E. in observatione prima 71°. 48′. ergo hinc angulus B. F. E. sive arcus H. G. 86°. 14′. Hinc ascensio recta medij cæli H. 123° 12′. sed ex observatione posteriori est B. E. 39°. 40′. hinc angulus B. F. E. vel arcus H. G. 36°. 15′. & ascensio medij cæli H. 73°. 11′. ☉ autem ascensio recta 13°. 4′. ab illis ablata, relinquitur distantia ☉ à meridiano, ad initium 110°. 8′. ad finem 160°. 7′. quæ ambo si resolvantur in tempora, indicat incepisse defectum H. 7. 20½. p. m. & desijsse H. 10. 40′½ p. m. Unde ultrò sequitur medium H. 9 0½.

NB. Si medium ☉ accuratius sumamus, initio 14°. 8′. ♈ in fine 14°. 16. ♈. emerget duratio tota H 3. 19′⅔. Sed hæc subtilitas merito negligenda.

Porrò invento puncto H. sequitur triangulum H. K. M. ad H. rectangulum, cujus angulus ad M. est 23°. 31′½. Latus M. H. primò 56°. 48′. fine 6°. 49′ Ergò gradus medij cæli K primò est 0°, 58′. ♌. & arcus H K. 20°. 1 bor. Angulus H. K M 77°. 23′. sed in fine gradus culminans est K. 22°. 34′. ♍. ejus declinatio H. K. 2°. 57′ bor. & angulus H K M. 66°. 39′.

Deinde solvitur △. B. N. K. ut acquiratur angulus B. N. K. quem vertical. facit cum Eclipt. Latus K N. scitur K. 0°. 58′. ♌ restat K N. 73°. 14′. item aufertur declinatio H. K. 20° 1′. ex lat. Tubingensi H. B. 48°. 30′. restat K. B. 28°. 29′.


Item anguli B K. N. complementum est M. K. H. 77° 23′. ergo B. K. N. est 102° 37′. Hinc prodit angulus B. N. K. 28°. 6′. ad initium Eclipseos, sed in fine arcus K. N. 21°. 38′. & K. B. 45°. 35′. & angulus B. K. N. 113°. 21′. ergo concluditur tunc angulus B. N. K. 51°. 30′.




Ulterius esto Ecliptica E. B. A. (recta propter exilitatem arcum repræsentans) & verticalis initialis C. A. ita pingatur, ut C. B. contineat 28°. 6′. finalis verò D. A. faciat arcum D. B. 51°. 30′.

Deinde ducatur A. G. faciens angulum C. A. G. 62°. item ducatur A. I. faciens angulum F. A. K. 28° ut ex observatione deprehensum.

Postea subtrahatur C. A. B. 28°. 6′. ex C. A. G. 62°. restat B. A. H. 33°. 54′ Similiter F. A. I. 28°. 0′ tollatur ex angulo F. A. E. 51°. 30′. restabit E. A. I. 23°. 30′. (Tandem ambæ A. G. & A. I. ad austrum.) angulus B. A. G. major est quam E. A. I. sequitur Lunam appropinquasse ad Ecliptic. adeoque ad ♌.





Quæritur quantitas observationis, tolle angulos B. A. G. & E. A. I. vel arcus H. K. 122°. 36 . dividatur bifariam in N. 61°. 18′ erunt anguli ad L. recti, per 9. & 10. primi Euclidis.

Jam tota via ☾ G. I. ex assumptis continet 2°. 4′. sub Zodiaco, sed à ☉ tantùm 1°. 56′. ergo G. L. habet semissem 58′. quæ sunt scrupula incidentiæ. Sic in rectangulo A. L. G. habet angulum G H. L. 61° 18′. & latus G. L. 58′. velut partes; Hinc A. G. aggregatum semidiametrum Umbræ & Lunæ scilicet 66 1/6. A. L. autem vera latitudo Lunæ in Eclipsis medio 31 3/4 austr. semidiameter autem ☾ G. H ex observatione deprehensa tunc 17′ 2/3 si auferatur ex A. G restat A. H. vel A. M. semidiameter Umbræ 48′.


Eadem semidiameter ☾ L. N. apposita latitudini A. L numerat lineam totam A. L. N. 49′ 5/12 quæ excedit semidiametrum Umbræ A. M. portiunculâ M. N. 55″.

Itaque ☾ non tota defecit, sed remansit exilis portio M. N. qualium tota diameter ☾ P. N. æstimatur 12. dig. talium P. M. observationis maximæ habuit 11°. 41′. defuit ergò non omnino triens unius digiti, qui mansit lucidus ad austrum. Huic observatio consensit. Nam circa medium Eclipseos lumen in ora ☾ australi valde dubium apparuit, ut an aliquid superesset vel nullum difficulter dijudicari potuerit.

Sequitur inquisitio Nodi & cæterarum latitudinum: Ducantur Parallelæ R. S A. T. Triangula R. S. A, & A. T. Q. sunt rectangula, & latera æqualia habent; Angulus R. A. S (vel potius E. A. L. compositus est, eique E. A. I. 23°. 30′. & I. A. L. 61°. 18′.) totus est 84°, 48′. æqualis A. Q T. Ergò qualium R. S. vel A. T. sunt 58. ut pote ipsis I. L. vel I. G. pares, talium A. S. vel T. Q. sunt 5′. 17″ adde igitur Q. T. fit lat. vera G. Q. prior 37′. 2″. & posterior R. I. 26′. 28″. hinc jam verus locus ☾ noscitur, nam in medio gradu fuit 14°. 12′. ♎ utpote oppositus ☉. sed in principio 13°. 10′. ♎. in fine 15°. 14′. ♎.

Denique in △ A. L O. scitur latus A. L. 31′. 45″ & angulus O A. L. 84°. 48′. cum angulo L. recto, hinc reperitur angulus, A. O. L. inclinationis orbitæ lunaris 5°. 14′ quæ Tychonis placitis proximè congruit, saltem 1′. inde deficiens.

Tycho habet 5°. 15′ sed fatetur Mœstlinus hisce minutioribus impossibile esse, ut quis consequatur verissimam dimensionem.



Putat tamen Mœstlinus locum nodi parum esse dubium, in rectangulo enim A. L. O. scitur latus A. L. 31′. 45″. Angulus A. O. L. 5°. 15′. ergo O. A. 5°. 47′.

Adde locum oppositionis ☉ loco ☾ circa medium Eclipseos, fiet locus ☊ nodi 19°. 59′. ♎. qui tabulis Rudolphinis computatur 20°. 7′. ♎.

De hac Eclipsi alia quoque non contemnenda, annotat Mœstlinus: apparuisse totum corpus Lunare toto ferè circulo tanquam ferrum ignitum, maximè verò circa partem lucis residuæ: attamen ea altera parte ultra centrum fuisse maculam nigricantem cætero corpore obscuriorem.

Addit Cælum fuisse valde serenum, computat quoque quod occidente ☉ locus ejus fuerit in 14°. 6′. ♈. ergo ejus descensio obliqua Tubingæ 19°. 20′. (si parallaxis Solis annumeretur, apparentem Solis locum fuisse 14°. 3′. ♈ cum lat. 1′. 1/2 austr. unde descensio obliqua 19°. 15′.) quando è regione oriebatur 199°. 15′. Hora 6 25′. Vesper.

Eodem tempore ☾ locum verum (analogia motus docente) ponit 12°. 36′. ♎. cum latitudine 0°. 40′. austr. Cumque anomalia ☾ fuerit 155°. circiter, parallaxin ejus verticalem fuisse circa Horizon-

tem 62°. quæ secundum longitudinem & latitudinem distributa, prodet ☾ locum apparentem in 13° 29. ♎ cum lat. 1°. 9'. austr. unde sequitur declinatio ejus 6°. 23'. austr. & ascensio recta 191°. 56'. ascensio obliqua 199°. 11' igitur Solis centro hora sub Horizontem descendente, Lunæ centrum super eum emergere debuisse.

Observavit autem Mœstlinus ex editiori monte prope Tubingam, & attentè considerans, deprehendit Lunæ centro ascendente, Solem supra Horizontem ad apparentiam integro gradu vel ampliùs elevatum: vicissim cum ☉ plenè descenderet, Lunæ altitudinem excessisse 1°. cujus rei alia causa esse non possit, quam radiorum circa Horizontem per vapores refractio.

Eclipsis Lunæ eod. Anno. Die 17. Sept.

Manè die adhuc nondum illucescente ☾ defecit. Initium ex altitudine Sirij 13°. ferè Orientali, (quantum per nubila capere dabatur) H. 3 34'. p.m. noct.

Magnitudinem obscurationis metiri nubila prohibuerunt, conjecit eam tamen diametri dodrantem superasse. Occidit ☾ lumine nondum repleta, secuta dies pluviosa.

Eclipsis Solis Anno eod. Die 12. Octobr.

Keplerus monet propter illam (tum adhuc futuram) editionem libri Paralipomenon maturasse, ut omnes huic occasioni attenderent, maximè qui Alpes, Italiam, & meridionalem Galliam incolunt, addit libro de Stella Serpentarij, Neapoli Solem totum tectum, non quidem diu durasse.

In medio ubi Luna speciem fuisse nubis nigræ circumcirca rubentem æqualis undique latitudinis, quæ bonam Cæli partem occupavit.

Relationem Flandricam locis diversis ad se missam ubi non quidem totus Sol tectus, prominebat enim supra partem circuli Solaris, pars lucida latitudine unius digiti aut dimidij (sanè quia Antuerpia citeriori loco) sed tamen globus Lunæ visus, declinans ad nigredinem, fuscus, aut quasi fuligine tectus, cum superior circumferentia Lunæ tota esset candida & quasi ignea; locum omnem in quem visus dirigeretur à Sole aversus, visum esse fuliginosum igneâ circumferentiâ.

Tubingæ observabantur 10⅓. digit. vel 10 ⅔. dig. radio per exiguum tecti foramen intromisso, Initium ex altitudine Solis 33°. ½ deprehendit besse unius horæ post meridiem, finis ex alt. Solis 20°. cum dodrante, reperit 6'. post H. 3. Duravit ergo Tubingæ H 2. 26'.

Circa medium, dies Cælo admodum sereno fuit obscuratus, & crepusculo vespertino simillimus.

Veneris Stella (quæ alioquin intra 30° distantiæ à Sole interdiu apparere non solet) tum vix ab eo 21°. remota, clarissimè cerni potuit.

Ædificia atra caligine involuta, Vuæ à vindemiatoribus vix conspectæ, operiosius quærendæ fuerunt.


Mœstlinus ait hac Eclipsi (quanta præcisione poterit) deprehendisse se diametrorum ☉ & ☾ proportionem quam proximè sicut 13. & 14.

Annus Christi 1607.

Keplerus introductione Ephemeridum sic memorat: David Fabricius Frisius Mathematicus Anno 1607. die 4. Martij observavit applicationem Lunæ corporalem ad oculum ♉, & vidit Stellam nondum tectam, quando inter illam & partem Lunæ lucidam, minus ipsa parte lucida interesse videbatur.

Atqui Luna nondum plenis 90°. à Sole distabat, itaque pars lucida revera adhuc minor esse debuit parte obscurâ; Inde colligit amictum esse globum Lunæ Sphæra Aerea laxiore, quæ luce Solis combibitâ, se nobis pro vero ipso Lunæ corpore ostendit.

Parte verò illa, qua est extra Solis radios non incurrat in oculos, sed pellucida sit, nec Stellarum nobis conspectum eripiat.



Annus Christi 1608.

Die 22. Febr.

Hora Vesp. 8. 43'. Hafniæ à Longomontano observata conjunctio superioris cornu ☾ cum oculo ♉.

Luna circiter 39°. ¾ alta erat propè □, & maximam digressionem à medio cursu. Eadem conjunctio H 8. 46'. Visa est Witebergæ teste Melchiore Jæstelio in Litteris ad Longomontanum.

Sol verò motu in 32°. ♓, Stellæ longitudo tunc 4°. 16 ½ ♊ latitudo 5°. 31'. Merid.

Eandem ait longitudinem visam ☾ & latitudinem superioris cornu prostaphæresis tota coacervata 7°. 25' ½. attentè, visa latit. centri quasi 5°. 47' parallaxin altitudinis elicit (ex Hypothesi 48'. 7''. ☉ in 3°. 43'. ♓.

Eadem conjunctio observata Lugduni in Pictavis ab Ismaele Bulialdo seniore, ut habet junioris ad Schikardum Epistola.

Die ultima Iulij.

Witebergæ Eclipsis Solis fuit circiter 2. digit. teste Jostelio.

Hafniæ tamen Cælo Serenissimo nullam esse conspectam, quinque oculatissimis testibus.

Fatetur tamen Longomontanus, parallaxin in Dania fuisse majorem, attamen 1. digit. subtrahere potuisse: ergo id aeri imputat.

Annus Christi 1609.

Eclipsis Lunæ die 10. Ianuarij.

Franekeræ observata ab Adriano Metio: ait autem se à studiosis aliquot adjutum, non potuisse cum fiducia pronuntiare de initio, priusquam duo circiter

citer puncta forent obscurata, altitudo Poli Franekeræ 53°. 11'.

Cum pars quinta diametri, hoc est 3. digiti deficerent, tunc altam deprehendit Caudam ☋ 48° 30'. fuit ergo H. 1. 40.

Cum abessent 4½. dig. Cauda ☋. elevabatur 49° 1'. hinc proditur H. 1. 43'.

Cum 6. puncta deficerent fuit altitudo Spicæ 17°. ergo H. 1. 55'.

Cum 10. digit. abessent, Spica elevabatur 18°. 20'. fuit H 2. 7'. Maxima caligo dicitur fuisse digit. 11. & ferè per horam durasse.

Landspergius memorat Gœsæ observatum esse initium H. 1. $\frac{1}{12}$ post med. noct. finem H. 3 ¼. defecisse digit. 9 ½. quod utrumque calculo illius congruit, sed non testimonio Metij, unde meritò suspectum habeo.

Cùm descendente Umbra defectus dicitur iterum esse 10. digit. Gnosia fuit alta 41°. 3'. hinc H 3. 14'

Cum 6. digit. abessent, altitudo Gnosiæ 42°. 30'. H. 3 26'.

Cum 4 digit. deficerent, Gnosia elevabatur 44°. 16'. H. 3. 38'.

Tandem 3. digit. deficientibus computavit H. 3. 44'. Jam inter æquales defectus primum & nonum, 2. & 8. 3. & 7. 4. & 6. utrobique idem reperit medium scilicet H. 2. 40'.

Cum vero Tychonis calculo medium hoc Uranib. H. 3. 6'. contingere debuerit, concludit differre Meridianos 26'. Scrup. horar. hoc est 6° ½.

Etiam Landspergius refert medium à se observatum Gœsæ H. 2. 40'. ergò alter horum fallit, cum distant meridiani 1° ½. ferè.

Imò medium collatione initij ac finis ex Datis ejus proprijs caderet in H. 2. 10'. sic etiam in hoc fallit impostor, ubi manifestè argui potest, plus fidei meretur Metius.

Eclipsis Lunæ Anno eodem.

Die 6. Iulij.

Hora 12. 10'. verus locus Solis 24°. 10'. ♋. Lunæ 24°. 12' $\frac{1}{5}$.

Annus Christi 1610.

Eclipsis Lunæ die 5. Iulij.

PEr Roman. Telescopium observatum, principium Eclipsis Lunæ quasi filum nigrum apparebat in contactu Umbræ.

Sciotericon (an lunare in plenilunio ?) Stabat H. 3. post med. noct. Lira erat alta 49°. H. 15. 1' ½ altit. Capellæ 22°. H. 15. 3' ¾.

Infra dicit fuisse H. 15. 2'. 8''. p. mer. distantiam Solis & ☾ in Ecliptica fuisse 46'. 30''. tot inveniri Scrupula incidentiæ suo calculo, (Censeo Observatorem fuisse *Remum Quietanum*) sed Tychoni 3 ⅔ digit debuisse obscurari, principium illorum anticipare 17'. horarijs.

Eclipsis Lunæ Anno eodem.

Die 30. Decemb.

Eclipsin Lunæ Galilæus observavit, ut habet Keplerus Introductione Ephemeridum, inde refert ex ejus Epistola: metam umbræ indistinctam, confusam, & velut obnubilatam apparuisse. Ratio, quia consurgat Umbra à terra longissimè à Lunæ corpore.

Origanus ponit medium Francofurti H. 16. 46'.

Annus Christi 1612.

Eclipsis Lunæ observata Hafniæ.

INitium cum Basiliscus in occiduo Cælo elevabatur 35°. 52'. unde tempus elicitur H 9. 14'.

Cum Spica alta esset 23°. 57'. hoc est H. 10. ⅗. obscurati erant 6. dig. cætera Cæli obscuritas eripuit.

In Epistola de maculis Solaribus citatur Eclipsis Lunæ, quæ mense Majo contigerit, veluti nupera: Ergò de hac accipio.

Cæpisse illam ante H. 9. vesperi, quasi una octava horæ, desijsse H. noct. 12. duratione simul & magnitudine calculum superasse, fuisse enim 8. digit. & plus.

Umbra terræ ad Oram rarior, immiscebat nonnihil lucis, sed versus centrum densior, ut ne mica quidem corporis Lunæ appareret, ne tubo quidem adhibito, cujus utendi Observator fuit Magister Excellens.

Suspicabantur aliqui, umbram non esse circularem, quia confundebatur cum maculis Lunæ congenitis, etiam colore illis nihil nigrior (existimabant cerni eminentias terræ) sed abeunte Umbra ad alia Lunæ loca deprehensus est error. Concludit: Lunam nihil propriæ lucis habere, terræ asperitates tam procul non sentiri; addit, Umbram Terræ in Eclipsi sæpè deprehensam esse inconstantem & vacillantem, id ait provenire ex varia vaporum agitatione, qui radios Solis variè vibrent.


Romana Observatio eod. die 14. Maij sic habet: Principium Eclipsis Lunæ optimo Telescopio & auricalchico quadrante sumta, altitud. Liræ 28° ¼. hoc est H. 9. 19' ¼. post merid. & ante verum principium, quanto tempore Angelica Salutatio recitari posset, Umbra erat *annubilata* (*annobiata Ital.*) dimidius digitus defecit, in altitudine Liræ 29°.

Maxima obscuratio dig. 6. paulò plus, finis incidit in mediam noctem.

Eclipsis Solis Anno eodem.

Die 20. Maij.

Initium Hafniæ contigit cum ☉ elevaretur 51°. sed finis erat paulò productior: Maxima obscuratio circa H. 11. ½. Via ultra 7 ⅗ ad summum 8. digitos attingebat.



In libello & Epistola de maculis Solaribus citatur

tur hæc. Intelligo Monachij observatam, contigisse eodem mense Majo H. 10. a. m. desijsse H. 12. $\frac{3}{4}$, durasse H. 2. $\frac{3}{4}$. obscuratos esse 7. digit, vel paulò minus.

Circa medium ejus per tubum apparuit Ora Lunæ, illa quæ Solem texit, aurea, exeunte utrinque extra Solem, quasi ad 1. digiti latitudinem, arcu aureo circulari.

Maculæ Solis tunc apparebant nigriores quam Luna.

Deinde visa est illa portio Lunæ, quæ Solem tegebat, pellucida, inæqualiter tamen, ut alicubi albicaret valde, alibi minus.

Circa finem vidit totius Solis lumen, quamvis ☾ adhuc aliquantulum tegeretur.

Quo plus recedit à Sole ☾ èominus sentiri penetrationem, magis verò aliter.

Tubingensis Observatio sic habet, observavit Mœstlinus sub tecto templi exempta tegula papyro subdita & pertusa.

Examinavit primò Horol. oppidanum primarium ejusdem templi, & illud cum Cælo ad Amussim congruere deprehendit.

Nam quando sonabat H 9. alt. ☉ per quadrantem æneum sesquipedalem erat inventa 45°. cum besse, (vel præcisiùs 45°. 38'.) ergo ☉ aberat (factâ computatione) à Meridiano H. 2. 59' $\frac{1}{2}$. sic quando sonabat una quarta post 9. ☉ erat altus 47°. $\frac{3}{4}$ ergo aberat à Merid. H. 2. 45' $\frac{1}{2}$ Cum sonaret mediam decimam, ☉ altus 50° $\frac{1}{12}$. ergo H. 2. 30'. tribus quartis ad decimam ☉ altus 52° $\frac{1}{3}$. dat H 9. $\frac{3}{4}$.

Sic etiam post mer. cum sonaret H. 5 ☉ altus 26° præcisè, quod etiam præcisè congruit cum H. 5.

In principio Eclip. ☉ altus erat 52° $\frac{1}{3}$. ergo erat H. 9. 45'. $\frac{1}{2}$.

In fine Eclipseos omni lumine restituto sonabat præcisè unus quadrans post 12. igitur tota duratio H. 2. 29'. $\frac{1}{2}$.

Sub finem Eclipsis ☉ transierat meridianum 3°. 45'. ergo ascensio recta medij Cæli 71°. 11'. & gradus culminans 12°. 39'. ♊, gradus Eclipt. Oriens 16° 15' ♍, Occidens verò 16°. 15'. ♓, ergo angul. Eclipticæ & Horizontis tunc 64°. 8' & arcus inter ☉ atque gradus occidentis 82°. 54'. Item angulus Eclipticæ cum verticali 75°. 42'.

Tunc applicatus quadrans Centro ☉ & puncto, contactus dabat arcum 29°. Hinc datur lat. ☾ 23' 6''. bor.

Annus Christi 1613.

Eclipsis Lunæ die 18. Octob. H. 3. 47'.

DAvid Fabricius Frisius (referente Keplero in Introductione Ephemeridum) circa finem Eclipsis cum nudis oculis censeretur abesse digitus, per Telescopium ☾ illuminata & rotunda apparuit, ergo limbum fuisse aeris putat. Keplerus observationem concedit, sed ejus causam aliam affert.

Annus Christi 1614.

Eclipsis Solis Tubingæ observata à Mœstlino 23. Sept. aut 3. Octob.


PRincipium non observavit, quia Prutenicum & Tychonis calculos antevertit.


Cæpit enim defectus aliquanto ante H. 11. a. m. itaque contra spem & imaginationem, serius comparuit sub tecto templi cum multis studiosis, exemptâ tegula & luminibus obstructis papyrum applicavit valde parvo foramine, quod tantum acu transmisso factum erat.

Maxima obscuratio erat 8 $\frac{2}{3}$. dig. accuratè. Et proportionem semidiametrorum ☉ & ☾, (quæ aliàs difficulter investigantur) venatus est. Signatis enim tribus tam in exteriori seu convexa, quam interiori seu cava ☉ periphæria punctis, duos per ea circulos duxit, & liquido deprehendit, quod Solaris esset major lunari.

Qualium semidiameter ☉ divisa erat in 16. $\frac{1}{2}$. partes (quot scrupulorum esse debuit ex calculo Prutenico) talium ☾ semidiameter tantum 15' $\frac{3}{4}$. habuit, atque iste minor esset quam Solaris $\frac{3}{5}$. unius minuti circiter, cum tamen ☾ Solem excedere debuisset, hinc ergo confirmatur, quod de passionibus Planetarum disputavit Author Thesi 146.

Finis Eclipsis accuratè notatus; ☉ tum altum erat versus Occid. 34° $\frac{2}{3}$. hinc elicit H. 1. 26'. p. m vel H. 1, 25'. 46''. p. m.






Porro sub tecto applicavit imagini Solis quadrantem, ut latus A. C. competeret in centrum D. & contactum E. ut eliceret centrum ☾ præsuppositis ac jam inventis luminibus diametri per 12. tertij Euclidis, ergo angulus G. A. D. repertus fuit 48° $\frac{1}{2}$ vel oppositus I. A. F. hinc locum ☾ computat ad finem Eclipsis.

In altero schemate meridianus A. B. C. verticalis B. D. E. ☾ verò F in fine Eclipsis. Angulus E D. F. 48° $\frac{1}{2}$. D. G Ecliptica inter ☉ & gradum Occidentis, locus ☉ assumtus 9°. 45'. ♎. ejus ascensio recta 188°. 57'. Distantia à meridiano 21°. 25'. ergo ascensio medij cæli 210°. 22'. descensio obliqua 120° 22'. cumque Tubingæ occidit 0°. 54' ♋. ergo datur in rectangulo latus D. E. 34°. 24' & latus D. G. 98°. 51' ergo E. D. G 96°. 7'. & E. D. H. 83°. 53' aufer observatum angulum E. D. F. 48°. $\frac{1}{2}$. relinquentur H. D. F. 35°. 23'. tandem computat parvum △ instar plani rectilinei, latus D. F. ex semidiametri luminarium composita fit 32'. 5''. ergo D. H. 0°. 26'. 10''. & F. H. 0°. 18'. 35''. igitur & locum Solis 9°. 45' ♎, adde D. H. fit locus ☾ 10°. 11' $\frac{1}{8}$. ♎ & latit. ejus F. H. 18°, 35'. austrina.

In



In hoc ſchemate centro A. ſit ☉, centro F. ☾, agatur per centra, diameter qualium B D. 12. digit. talium D. G. $8\frac{1}{3}$. ergo A. G. $2\frac{1}{3}$. qualium A. D. 16′. 20″. & talium F. G. 15′ 45″. taliumque A. G. 6′. 21″. & reſidua A. F. 9′. 24″. tanta fuit centrorum diſtantia maximæ obſcurationis, ſemidiametri compoſitæ A. C. & C. I. dant A. I. pro circulo exteriori 32′. 5″.

Via ☾. I. F. K. eſt orthogonalis ad priorem G. F. H. ſic eſt K. primus. I. vero ultimus terminus Eclipſeos, quia circuli ☉. & ☾ ſe tangunt in punctis C. & E. per rectas ex A. definitas. Porrò ex notis A. I. & A. F. ſcitur I. F. vel F. K. & dupla I. K. via ☾ à principio ad finem per penultimam primi Euclidis I. F. eſt 30′. 41″. ergò K. I. eſt 1°. 1′. 32″.

Item pro apparente loco ☾ habendo addatur Ecliptica ſeu via ☉ ſic (ex priori ſchemate in △. D. H. F, erat D. F. 32′. 5″. D. H. 26′. 16″ F. H. 18′. 35″) conſtituatur ſupra A. I. Simile △ A. M. I. erit ergo hic (in poſteriori ſchemate) A. M. etiam 26′. 10″. I. M. 18′. 35″ continuatur N. M. A. uſque ad ☉ (NB. eſt Ecliptica non vera, ſed viſa, vel apparens) angulus M. A. I. eſt 35′. 23″. tantus quoque arcus. N. I. Item angulus A. I. F. 17°. 2′. & reliquus I. A. F. (cui ſimilis F. A. K.) 72°. 58′. ergo tota circumferentia N. I. K. 181°. 19′. ſublatoque ſemicirculo erit O. K. (vel angulus K. A. O.) 1°. 19′. agatur recta K. P. ipſi Eclipticæ perpendicularis. Igitur in △. A. K. P. A. K. 32′. 5″. K. A P. 1′. 19′. Sciatur K. P. 0′. 44″. latitudo ☾ à ☉ borealis, & A P. in Ecliptica, à ☉ & locum ☾ 32′. 4″.

Hactenus ex obſervatione argumentari licuit (NB. Via ☾ picta fuit recta K. F. I. ſed in cælo reverè eſt curua, propter ſubitaneam parallaxeos mutationem: unde & tempus incidentiæ tempori repletionis æquatur, tamen differentia ad ſenſum non magna eſt, quæ initio Eclipſis obſervata fuit, ait calculum Tychonis incautos decipere.

Libuit tamen D. Mœſtlino tempus initij Eclipſeos (quod obſervare cælitus non dabatur) & tunc Lunæ locum apparentem per conjecturam rimari.

Itaque mutuatus à tabulis numeros, aſſumſit Horarium ☉ à ☾ motum 24′. & Horarium Solis 2′.

Factâ igitur diviſione motus ☾ à K. ad I, quæ erat 1°. 1′. 22″ per motum ☾ à ☉. horarium, producit H. 2°. 34′. ab initio ad finem Eclipſis, pro integra duratione.

At obſervata eſt deſijſſe H 1 26′. p. m ergò cœperit H. 10. 52′. ante mer. ita medium fuiſſet H. 12 9′ (præſuppoſita partitione durationis.) Ulterius ſi motum ☉ horarium 2′ ducamus, in H 2. 34. emerget $5'\frac{1}{8}$ pro motu ☉ tempore totius durationis.

Quia ergo ☉ ponitur ad finem Eclipſeos in 9′. 45′. ♎ fuerit in principio 9°. 39′. $\frac{7}{8}$.


Hinc ablatâ diſtantiâ ☽ à ☉ A. P. 32′. 4″. relinquuntur locus ☾ viſus 9°. 7′. $\frac{4}{5}$ ♎ ejusque latitudo à Sole apparens 0′. 44″. bor. quæ obſervationi ſatis videtur conformari.

Eadem Eclipſis Solis Monachij 3. Octob. ſtil. n. ſpecillis indubitata fide.

Initium H. 11. 15′ a m.
Medium H. 0. 30′
Finis H. 1. 45. p. m.

Toto incidentiæ tempore videbatur Luna tramite Solis Eclipticâ incedere, tandem ad latus, & inferiorem Solis portionem ſeſe revoluere.

Ea.



Eadem in Oriente observata.

1023. *Anno Hegiræ, qui cœpit nostro* 1614. *Calend, Febr. die* 29. *Mens. Staban.* (octavi) qui fuit Veneris.

Constantinopoli cœpit Eclipsis in Mer.

Maxima obscuratio dimidium corporis transversum secuit, Sole tunc ab occasu distante 28°.

Hæc *Golius* mihi communicavit.

In recentioribus litteris autem scribit ☉ observari cæpisse in Meridie, desijsse verò in alt. occid. 28°. quod multò aliud est, quàm priùs notarat.

Annus Christi 1616.

Eclipsis Lunæ die 17. *Augusti.*

Eclipsis hæc computata exempli loco in Tabulis Rudolpheis, Observatorum alij totalem, alij partialem dixerunt.

Si semidiameter ☾ usurpetur major unico Scrupulo propter Amictum Aereum, tunc proveniet calculus propior observationi Romanæ, quæ moram in tenebris aliquam confirmat, circiter quadrantis horæ.

Eadem Tubingæ observata à Mœstlino die 17. Augusti.

Manè Luna eclipsari cæpit, quando dexter humerus Orionis altus erat 9°. sup. Horiz. Orient.

Tunc applicabat quadrantem ad ☾ centrum & Oram deficientem, notabat perpendiculum fili 69°. Ergo deficiens Ora ☾ declinabat supernè à circulo verticali versus meridiem 21°.

In fine Eclipseos cum repleta esset ☾, Syrius elevabatur super Horizont. ort. 11° $\frac{1}{2}$. alias Stellas propter diluculum ingruens non poterat cernere, (nisi quod paulo ante finem dexter humerus Orionis elevabatur 38°. (sub finem Eclipseos applicatus quadrans ad centrum ☾ & Oram ultimo deficientem, notabat 40°. Ergò ea Ora declinabat infernè à verticali versus boream 50°. NB. ☾ non tota obscurabatur, sed exigua portio ad Austrum superfuit lucida.

Assumta pro circulo. Dexter humerus Orionis Ascens. rect. 83°. 38′. Declin. bor. 7°. 17′. Syrij Asc. rect. 97°. 4′. Declin. Austr. 16°. 11′ $\frac{1}{4}$. ad illud tempus computata.

Locus ☉ verus in principio Eclipsis 3°. 50 $\frac{2}{3}$. ♍ medio 3°. 54′. 30″. fine 3. 58′ $\frac{1}{3}$. ♍.

Motus ☉ horarius verus 2′. 25″. Motus Lunæ horarius verus, Eclipticæ 38′. 0″.

Ergo motus ☾ horarius verus juxta centrum umbræ 35′. 35 semidiamet. ☾ 17′. 59″.

Ex altitudine dexter. hum. Orionis colligitur tempus initij H. 1. 33′. p. med noct. è Syrio colligitur tempus finis H. 4. 43′. Scilicet dimidia ferè hora ante Solis ortum (qui tunc oriebatur H. 5. 14′.)

Hinc tota duratio Hor. 3. 10′. ergo medium H. 3. 8′.



Postea ex tali schemate computatur Angulus sectionis circuli verticalis & Eclipticæ, in centro Umbræ, idque sub initium & finem observationis, hoc ferè modo:


Ab initio Ascensio recta medij cæli erat 359°. 0′. cui respondet 28°. 55 ♓, cujus declinatio est 0°. 26′. austr. B. est Zenith E. sectio æquatoris, F. gradus medij cæli, G. centrum umbræ, id ab initio Eclipsis cadit in 3°. 50°. 40″. ♓. verticalis B. H.

Descensio obliqua 269°. 0′. cui respondet 23°. 28′. ♑. (quia cum opposito gradu oritur.) Igitur in △ D. C. F. rectangulo ad C. est latus D. F. 65°. 27′ F. C 41° 4′. ergo angulus D. est 46°. 14′.

Deinde in △ G. D. H latus G. D. (inter centrum umbræ & gradum occidentem) 40°. 22′ $\frac{2}{3}$. cum angulo D. ante reperto. Ergo angulus G. erit 51° 30′ 16″. est primò quæsitus.


Deinde ad finem Eclipsis 16. angulus est 29°. 45′.





Porrò quærit angulum sectionis Eclipticæ cum circulo, qui per centra Lunæ & Umbræ transit: idque ad initium & finem Eclipsis, atque velut per rectã lineam, ob parvitatem triangularem.

Primò sub initium (etiam quia ☾ à vertice Solis longè abfuit, potuerunt perpendiculares N. O. & C. K. pro parallelis haberi.) Angulus B. A. C. ipsi I. E. G. æquatur. scilicet 21°. sic & O. L. B. est totidem




21°. At supra inventus erat angulus P. L. N. vel O. L. M. 51°. 30′. restat B. L. M. qui quærebatur.

Sic in altero Schemate sub finem Eclipsis, angulus K. A, B. æquatur ipsi I. E. G estque 50°. talis quoque B. L. N. 50°.

At prius inventus fuit angulus verticalis cùm ecliptica 29°. 45′. subtractione factâ restat angulus B. L. P. 20° 15′.

Apparet hinc ☾ utrobique infra eclipticam fuisse H. E. est aust, Sed ascendentem versus nodum ☊.



0 10 20 30 40 50 60 70 80

Luna defecit digit. 11. $\frac{7}{8}$ à Boreâ. In adjecto Schemate arcus B. C. 30° $\frac{1}{2}$ E. D. 20°. Motus Lunæ verus à principio ad finem, ex C. in D. juxta centrum umbræ fuit 1°. 52′. 40″. (hoc similis arcus de circulo luminis Orbis, nam motus horarius fuit 35′. 35″. & tota duratio H 3. 10″) Methodus & ordo ex observatis tale schema delineandi. Centro A. semidiametro A. B. (ex semi-

diametro Lunæ ac Umbræ compositâ) Scribatur circulus B. C. D. postea B. C. & E. D. ducatur C. D. arcus dividatur bifariam in F. convertatur A, C. ad A. F. sic G. punctum datum erit.

Angulus D. A. C. per subtractionem est 129°. 15′. semissis 64°. 37′ ½.

In rectangulo A. G. C. Scitur G. C. 56′. 20″. & angulus ille G. A. C. ergo erit summa semidiametrorum Umbræ ac ☾ 1°. 2′. 21″. & A. G. lat. ☾ in maxima obscuritate 0°. 26′. 43″. austr.

At ex Tychone assumta fuit semidiameter ☾ 17′. 59″. quæ sit C. H. tollatur & ab A. C. restat H. A. semidiam. Umbræ 44′. 22″. sic describatur circulus H. I. K. I. K. circuli lunaris circa C. G. D. hinc colligitur magnitudo Eclipsis; nam ablata A. G. 26′. 43″. ex A. I. 44′. 22″. relinquit G. I. 17′. 39″. at semidiameter ☾ G. M. est paulò major, scilicet 17′ 59″. ergo I. M. particula superfuit lucida. 0′. 20″. digit. 0°. 7′. sic defecerunt digiti 11°. 53′. superfuit ferè ⅞. digiti.

Locus verus ☾ in principio, medio & fine sic reperitur. Locus ☾ verus in medio habetur communiter 16° qui est loco ⊙ oppositus. hoc est centri Umbræ hic 3°. 54′ ½ ♓.

Et latitudo Lunæ habetur, ejus à centro Umbræ distantia A. G 26′. 43″. Austr.

Et quia motus horarius juxta eclipticam fuit 38′ sequitur enim intra Hor. 1. 35′. fuisse progressam 1° 0′. 10″. ergo locus initio ☾ fuisset 2°. 54′. 20″. ♓. & in fine 4°. 54′. 40″.

Verùm si ex centris C. D. G. ducatur perpendiculum ad eclipticam, erunt veriora loca Lunæ P. Q. R. Igitur in △ A. P. C. scitur angulus A. 30′. 30″. latus A. C. 62′. 21″. ergò A. P. 53′. 43″. & C. P. 31′. 39″. ablato autem latere A P. ex loco ⊙ opposito in principio eclipsis 3°. 50′. 40″. relinquitur verus locus ☾ ab initio eclipsis 2°. 56′. 57″. ♓ cum latit. C. P. 31′. 39″. Austr.

Sic in △ A, P. G. scitur A. G. 26′. 43″. & angulus compositus G. A. Q. 84°. 52′ ½. ergo A. Q. 2′. 23″. G. Q. 26′. 37″. hinc locus ☾ verus in medio 3°. 56′ 33″. ♓. latit. Q. G. 26′. 37″.

Denique ex solutione △ A. R. D. est totus A. R. 58′. 30″. D. R. 21′. 35″. cumque A. sub finem eclipsis fuerit 3°. 58′. 20″. ♓, erit locus ☾. tunc in R. 4°. 56′. 50″. ♓. latit. D. R. 21′. 35″. austr.

Pro loco ☊ & obliquitate Lunaris Viæ sic procedit: Intellige etiam ☾ & eclipticam continuari, donec in S. concurrant.

Igitur in triangulo A. G. S. angulus A. 84°. 52′ ½ latus A. G. 26′. 43″. & angulus G. rectus. ergo A. S. 4°. 58′ ⅓, & A. S. G 5°. 8′. 40″. proinde locus ☊ fuit 8°. 52′. 50″. ♓. & obliquitas 5°. 9′. ferè.

Schema quoque cæli ponit ad mediam observationem H. 3. 8′. Ascensio recta medij cæli 22°. 49′. ergo ascensio obliqua 112°. 49′. cui Tubingæ cooritur 11. 10′. ♌. &c.

Anno eodem die 26. Augusti.

Eadem Eclipsis Lunæ, observata Romæ, in palatio ILLUSTRISSIMI DUCIS ALTEMPS IN MONTE QUIRINALI, ubi liber patet Horizontis prospectus.

Incepit à vertice Luna perpendiculariter obscurari, quasi accensa fumum emitteret.

Fidiculæ tunc alt. 27°. 0′. (per quadrantem ligneum sumpta) tempus. — H. 13 45′. 24″

Deficiente ⅛. diametri ☾ à vertice Luna erat alta 30°. 40′. — 13 55 15

Deficiente parte ¼. ☾, erat elevata Lyra 24°. 40′. — 14 4 12

Post 5′. vel 6′. horologij, Aldebaran elevatur 36°. 10′. — 14 10 15

Sex digiti censebantur, cum alta Lyra 22°. 0′. — 14 17 0

Eodem tempore Rigel elevabatur 13°. 0′. — 14 17 30

— 14 17 0

Et Hircus 46°. paulò plus. — 14 20 20

Post 2′. Aldeboran. 38°. 0′. — 14

⅗. defecit. Rigel tunc 15°. (vel 15° ½. propter ventum incertior) — 14 29½ vel 32½

Post 1′. Lyra alta 19° 30′. — 14 33

Post alterum minutum ⅔. obscurata vel plus Hircus. 49°. 0′. — 14 34 15

¾. Vel plus defecit Aquila tunc alta 12°. 0′. — 14 33 5

— 14 36 10

Eodem momento fidicula 19°. 0′. — 14 40 45

Post momentû Cauda Cygni 41°. 0′. — 14

⅘. Defecerunt, tunc dexter humerus Orion. 22°. 0′. — 14 42 30

Post momentum ⅙. transit lucida Lyr. 17°. 15′. — 14 48 0

— 14 53 0

⅞. Lucebat residua Lyr. 16°. 30′. — 14 48 12

Eodem ferè momento Rigel. 18°. 0′. — 14

Unus digitus superfuit, Lyra 15°. 0′. — 14 3

Et post minutum Rigel. 19°. 0′. — 15 54

Hic anxiè hæserunt an totalis esset obscuratio nec ne? certè qui oculo libero aspiciebat, lumen ad ¼ diametri cernebat reflecti, sed tamen cernebat sectionem exiguam, & Telescopium demonstrabat ☾ totaliter extinctam instar carbonis accensi.

— H. 15 10′ 0.

Tunc Rigel 21°. fere — 15 6 3.

Fidicula 14°. 30′. — 15 10

Post intervallum. Lyra 14°. 0′. (addit forte debuisset esse 13 ½.) — 15 3

Aquilæ altit. 6°. 30′. — 15 15 20.

Rigel. 21°. 45. — 15 17 30.

Post 3′. vel 4′. lumen ☾ prorsus mort.

NB. *Observator ait se Instrumento suo semper reperisse dimidio gradu minùs (apparet ex initio historiæ fuisse gradus saltem in quatuor partes subdivisos.) igitur cum Lyra esset alta* 13°. 0′. *H.* 15. 17.

Quidam censebant reilluminari ☾, alij negarunt unquam integre obscuratam: Egressa ex Umbra.

Lyra 12°. 15′. (vel 11. 45.) — H. 15 25′. 45″

Dimidius digitus reilluminatus. Lyra 10°. 15. (9°. 45.) — 15 40 45

Integer digitus reilluminatus, Lyra elevata 9°. 30′. (9. 0.) — 15 46

— 15 55

¼. Illnminata. Syrus altus 8°. 45′. — 15 55 20

Eodem tempore Lyra alta 7. 45. — 15 10

⅓. Illuminata. Horolog. Urbic. H. 9. 16

Ho-

Horologium, Aræ cæli paulò ante notabat horam 9. ab occasu Solis, sed alt. Syrij erat 10°. 15'. H. 16 6
Altit. ☾ 13°. (aliter 14.) sumit ergo medium 13°. 30'. 16 10
Semissis illuminata. Syrius tunc altus 12°. 30' 16 21 24
$\frac{1}{3}$. Obscurata Syrius altus 14°, 10'. 16 32 20
Quando $\frac{1}{8}$. erat obscurata: pulsavit horologium S. Petri horam decimam, tunc alt. Syr. 15°. 30'. 16 41 30
Paulò post alt. ☾ 7°. 0'. 16 43 15
$11\frac{1}{2}$. Digiti obscuri. alt. ☾ 6° 30'. 16 46
Parum quid supererat alt. ☾ 5°. 30' 16 51 30
Sed ex antecedentibus finis non potuit esse ante H. 16 57 30

Alia ejusdem Eclipsis observatio, facta potissimum per horologium Collegij Romani, quod singula minuta horaria, indice secundario demonstrat, cui quoque majorem quam altitudinibus fixarum fidem adhibuerunt Patres.

Ad initium alt. Aquil. 21° 0'. H. 13 44' 30''
Dextri humeri Orionis 11°. 0'. 13 44 20
Aldebaran 31°. 0'. 13 41 12
Hora horologij 6. cùm $\frac{1}{2}$. ab occasu Sol. 13 41 12 ex infra scriptis.

Hac tamen hora $6\frac{1}{2}$. ut ab ijsdem Patribus accepit Author, nondum incepit obscurari ☾, sed paulò post, fortè ad 2'. plus minus.
Ergo principium fuisset H. 13 43' 30''

Horologium ajunt insecutum Solem 34'. vel 35'. quod è Scioterico diei consequentis animadversum.
Initio totalis obscurationis alt. Lyræ 15'. H. 15 3' 12''
Aquilæ 7° 15 0 12
Dexter humer. Orion. 26° 15 5 45
Canis minoris 8° 14 58 0
Hora Horologi, 8° 15 11 24
Ad finem emersionis, alt. fidiculæ 11° 15 31 45
Canis minoris 13°. 15 43 20
Dexter Humer. Orion, 13. 15 33 45
Hora horologij $8\frac{1}{2}$. 15 38 24

Observatum est ab ipsis totalem obscurationem 27'. durasse.
Ad finem totius Eclipsis. Alt, caudæ Cygni 19° 17 4 12
Canis minoris 17° 16 52 7
Hora horologij $9\frac{3}{4}$. 16 56 24

Ergo integra duratio Hor. 3. 13'. Mora in tenebris 27'.

Keplerus Præfat. Ephemerid. ait fol. 11. ex comparatione observationum diversis locis, eandem ferè differentiam Merid. sequi, quæ ex Mappis; Romæ Grünbergerum suspicatur observasse

Initium H. 1. $43'\frac{1}{2}$. finem H 4. $56'\frac{2}{3}$ unde differ Meridian. Tub. & Romæ 12'. hoc est 3°.

NB. *Durationem tamen non utrobique æquari, Romæ 3. Scrup. longiorem.*

Ex Scheda Romana. Principium totalis ingressus & egressus differt 4'. circiter, id imputat horologijs.

Infra de hac Eclipsi ait; *Principium ejus ex suo calculo (nescio quis Author sit) inveniri H. 13. 43'. 40''. post merid.*

Observationem verò Patrum Soc. IESV dedisse H. 13. 43'. 30''. suam autem observationem H. 13. 45' 24'' (fatetur tamen unum atque alterum minutum, transisse, antequam Lyræ altitud. sumpserit) *hinc concludit verissimum principium Romæ H. 13. 43'. 30''.*

Eadem Eclipsis Lunæ, observata Ingolstadij.

Die 26. Aug H. $13\frac{9}{18}$. hoc est jam currente 27. Aug. post med. noct. horâ ferè $1\frac{1}{2}$. cœpit ☾ obscurari (ingrediente jam fumo terreno, nondum tamen ipsa Umbra, cujus prima nigra particula ferè semiquadrante versus Lunam ingressa est) à parte quæ austrum respiciebat, cum alta esset 25°. 30'. & in Sciotherico ipsa Luna ostenderet H. 1. $\frac{11}{18}$.

Totaliter obscurata est à parte Orientali H. mat. $3\frac{1}{4}$. cum alta esset 17°. 20'. nonnihil tamen dubium erat an jam esset totaliter obscurata, quia non poterat discerni splendor ille, qui pertinaciter durabat à parte orientali, essetne disci lunaris, an secundarius, aliquis extrinsecus. Certum tamen est fuisse totaliter obscuratam Lunam H. $3\frac{3}{8}$. cum alta esset 16°. 12'.

Lumen recuperavit à parte, qua fere ad Zenith spectabat H. 3. $\frac{3}{4}$. cum alta esset 14°. 8'.

Denique omnino tenebris liberata fuit (*exeunte ultimâ nigrâ particulâ, nam fumus fere semiquadrante post omnino exivit*) cum alta esset 2°. 30'. H. $5\frac{1}{8}$ ferè à parte occidentali australi.

Umbra initio ingressus cum tertiam partem Lunæ occuparet, erat nigra, postea sensim dilutior.

Cum jam ferè inumbrata esset Luna, Umbræ pars, luminosa ☾ propinquior erat ferruginea, & aliquantum alba, remotior erat rubicunda, sivè rubiginosa.

Cum tota esset obscurata, tota ferè rubea fuit, & extrema Lunaris disci peripheria jam ante ab initio usque Eclipsis clarè perlucebat, imò maculæ ipsæ lunares distinctæ per Umbram apparebant.

Discus Lunaris obumbratus fuit multò minor, quam ante & post Eclipsim.

Diameter item Liberæ ac claræ Lunæ fuit multò major, quam fuerit diameter Solis præterito die.

Circulus Umbræ non erat perfectè circularis, sed confusus, quâ de causa notari in immissione non potuit, neque etiam repræsentabat illas asperitates, quæ videntur in Lunâ non plenâ.

Cum ☉ exoriri cœpit, Luna adhuc tanto spatio fuit supra Horizontem, quantum sesquilunare corpus compleret (ita mensurare necesse fuit, quia tunc nullum instrumentum ad manus) hoc est 1°. ferè.

Cum Luna occidit, ut jam ultimo videretur, Sol tanto spatio fuit supra Horizontem, quantum ter Solis discus metiretur, hoc est 1°. 30'. adeoque aliquanto tempore Sol & Luna oppositi diametraliter visi sunt simul supra Horizontem.

Ex quo manifestè, est Refractio, & insensibilitas telluris comprobatur.

Annus Christi 1617.

Eclipsis Lunæ 16. Augusti.

Observata à Keplero Linzij.

Die 16. ☾ primùm apparuit in altit. supremi marginis 1°. 36'. habens plusquam dodrantem in Umbrâ.

Jam H. 7. sonuerat per Urb. Hic signavit primò Azim.

Emicuit ☾ hora urbis 9. cum recepisset quadrantem lucis, altit. ☾ 18°. 15'.

Hora 9. 15′. Urb. dimidium circuli, minus dimidij diametri lucebat, tunc ſonuit H 9, 30′. Urb.

Hor. 9. 45. Urb. digiti 9. in umbrâ. Azimuth ☾ 31°. 28′. à primo 9. Paulò poſt viſa eſt integra, Azimuth. ☾ 32°. 30′. à primo, cum nondum ſonaret decimam.

Calculus prædixit tempora		Æqual.	Appar.
	Initij	6. 29	6. 19
	Obſcur. total.	7. 33	7. 23
	Medij	8. 19	8. 9
	Emerſionis	9. 5	8. 55
	Finis	10 9	9. 59

In Præliminaribus ejuſdem Anni Ephemerides hæc habent:

Obſervaſſe in arce Cæſareâ præſentibus aliquot Proceribus, cælo turbido, quaſi ſub tabulato nubium per vapores aqueos.

Examinat ibidem: & quærit principium ſic:

Diameter ☾ 32′. 42″. ergo dodrans ejus 25′. 3″. Motus ☾ à ⊙ vel ab ejus umbra horarius 34′ ½. Ergò hiſce 25′. 3″. competunt. Hor 43′. ⅓.

Cum igitur motus ☾ dirigeretur in profunditatem umbræ, & jam plus dodrante obſcuraretur, (tempore primæ apparitionis) idem plusquam 44′. hor. incepit, antequam centrum ☾ elevaretur. 1° 20′

Cæterum altitudo ☾ apparens, deprimitur per parallaxin, & attollitur contraria refractione.

Præſupponit Parallaxin fuiſſe 30′ majorem refractione: hinc vera ☾ centri altitudo 1° 50′.

Porrò ſemidiameter Umbræ 47°. 38′. & obſcurata tunc Lunæ pars 25′. 3″. (qualium 16. 42. cedunt ſemidiametro Lunæ) Ergo centrum ☽ immergebatur 8′. 21″. umbræ, conſequenter fuit 39. 16. ante centrum Umbræ.

Ergò Solis oppoſitum (ſeu centrum umbræ) fuit humilius ſcilicet 1. 36 circiter.

Ex hac altitudine computat phaſeos tempus H. 7. 14′. p. mer. (Urbica horologia paulò ante ſonuerant ſeptimam nimis ſerò.)

Subtractis autem 44′. motus, reſtat Initium Eclipſeos H 6°. 30. (calculus Authoris ponit Linzij 6 19′. diff. 11.)

Pro elicienda morâ in tenebris.

Hor. Urbis 9. lucebant quaſi 3. digiti, hoc eſt 8′. 21″. hiſce competit motus 16. hor Ergò ratione Urbici horologij fuiſſet finis moræ H. 8. 44′. (calculus Authoris ponit H. 8. 55′.)

Prædixerat calculus moram 1°. 32′. hor. at obſervata videtur minor.

Similiter H. verâ 7. 14′. reſtabant minùs quâm 8′. 21″. in lumine, ergò principium moræ fuiſſet ante H. 7. 30′. Calculus gonit H. 7. 23′,

Pro elicendo fine totius Eclipſeos.

Horâ urbis mediâ decimâ, lucebat iterum dodrans ergô ſuperfuerunt in umbrâ ſaltem 8′. 21″.

Hinc finis Ratione Urbici horologij foret H 9′. 46′. (quæ cum obſervatione ipſius finis congruit paulò poſt 9. 45′. viſam eſſe rurſum integram) calculus dat finem H 9. 59′.

Pro correctione Horologiorum.

Tardiùs juſto pulſabant (ut partim ſupra probatum de initio) nam ſonante 9. mox reperta ☾ altit. 18¼ augeatur parallaxi, dat H. 9 23′.

Sonante dimidia decimâ, fuit altit. ☾ 20°. indicat H. 9 39′.

Sonante ¾. in decimam, Azimuth ☾ dat H. 9. 56′ ut ſequitur,

Pro Azimuthis.

Horâ verâ 7. 14′. ſignârat primum Azimuth; tunc reperitur amplitudo ortiva puncti Eclipticæ Orientis 18°. 6′. quia Lunæ centrum abfuit ab ortu 5°. 38′. altum ſcilicet 1°. 50′. ideo adjiciuntur 5°. 20′. invento Azimutho orientis verſus meridiem. Itaque ſignum fuit factum in 23°. 26′. Azimuth.

In Eclipſis fine acceſſerunt 32°. 30′. Ergò tunc fuit Azimuth 55°. 56′. ab ortu (vel quod idem eſt, 34°. 4′. à meridie.

Verſante tunc ☾ in 24° 53′, ♒ cum lat. borea. ejus loci declinatio meridiana 12°. 51′.

Hinc ejus elongatio à meridie 32°. 3′. Ergo Solis circiter 31°. quod facit H. 2. 4. proinde fuit H. 9. 56′

Horolog. ergo Urbicis utique circiter 10′. addenda.

NB. Keplerus hoc loco uſurpavit in calculo magnam. æquationem temporis, ex propriâ ſententiâ: putat eam per obſervationem non redargui, ut nimiam.

Æquatio temporis uſitata eſſet tantum 3′. 45″. Tychonem 9′. 26″. Kepleri verò 19′. 53″.

Omnes addendæ apparenti: vel contra ſubtrahendæ ab æquali tempore, ut fiat apparens.

Eclipſis eadem Romæ obſervata.

Principium	H. 6. 19′ 0′.	post mer.
Principium obſ.	7. 18. 11.	
Dig. 16⅙. ferè Medium	7. 59. 16.	
Princip. exceſſ.	8. 34. 54.	
In 23°. 43′. 32″. ♒. Finis	9. 33. 21.	

Linzij obſervavit Keplerus in monte proximo, principium in Azimutho ☾ à merid verſus occaſum 31°. 20′. Quod Azimuth comprobatum eſt diligenter tam per ✱ in illo altit. quam per Orientis ⊙ amplit.

Hinc per locum ☾ viſibilem, elicit H. 1 48′ (corrigenda ſciliret per parallaxin.)

Finem obſervavit in ipſo ☾ occaſu, cum ⊙ jam altus eſſet 1°. 20′, & utrumque luminare ſpectaretur ſupra horizontem; ut dubitet, an in ipſo occaſu ☾ defluerit aliquid integritati luminis, à penumbra ⊕ cauſata, ipſi ſpeciem defectus falſam præbuerit, per craſſum, & diurna luce, jam ſplendentem aerem.

Oritur autem ⊙ Linzij eo die H. 5. 14′ ſic duratio eſſet Keplero H. 3. 28′ propter viſus vitia.

Eſto tamen finita 4′. ante ⊙ ortum, ut fiat H. 3 30′. ita differrent Meridiani Romæ & Linzij 10′. hoc eſt 2°. ½.

Tubingæ & Linzij 5° ½. cum quo proximè conſentit diſtantia.

Sic Roma eſſet 1½ occidentalior Pragâ, & ½. orientalior Uraniburgo,

At non diſſimulat multos in viſus & luminis ratione errores latere.

Romanus Obſervator & Mæſtlinus & Keplerus existimarunt ſuperfuiſſe aliquid in extremo meridionali ☾ margine, etiam qui Teleſcopio ſunt uſi.

Et ſocij Obſervatores Romani, alio in loco teleſcopio etiam uſi ſeorſim, prodiderunt incidentiam H. 3. 6′ ½ Emerſionis H. 3. 33′ ¾. unde mora 27¼. in tenebris, neque habet Kepl. quod pertinatiùs contradicat.

Comparat cum falſa luce Eclipſeos anni 1590 Argu-

gumenta non veri purivè , ſed adulterati & refracti luminis reſidui ſunt, quod admodû diu, & plus quàm horâ dimidiâ cunctata eſſet ☾, non diminuens amplius lumen ſuum. & augens (quale quod ego etiam An. 1628. obſervavi) limbus qui lucidus videbatur, æſtimari non potùit, nec ita latè Keplero ſuis in oculis ſpargebatur, ut mera ☾ claritas ſolet. Cumque tota ☾ ruberet, partes tamen ſiniſtræ ſupra lucidum limbum, rubebant clariùs.

Cornu falſum in Eclipſis medio, non præbuit argumentum certi luminis. Nam H. 3. 17′. cum Azimuth ☾ eſſet 51°. altit. 16°. cenſuit Keplerus lineam quæ media falſa cornua ſecaret, tranſire proximè ſupra caput Pegaſi: Quod ſi vera cornua fuiſſent, Judicium id eſſet medij Eclipſeos; at intrà quadrantem horæ, medium eſſe non dum potuit.

Calculus Kepleri (alteri Romanæ obſcurationi melius congruens) habet Uraniburgi principium H. 1. 21′ ⅗ apparenti.

Incidentiam H. 2. 44′ ⅖. Medium H. 3. 0′. Emerſionem H. 3. 15′ ¾. Finem H. 4. 38′ ¾. Ergò moram in tenebris 31′ ⅓. durationem H 3. 17′ ⅐.

Verùm, aucta parum diametro ☾ hanc longiorem, illam breviorem.

Ingolſtadij. Eadem.

Eclipſis Lunæ in hunc modum viſa eſt.

Oriens ☾ propter cælum nubilum videri non potuit.

Primùm autem ☾ viſa eſt, cum eſſet alta 8°. 32′. in altitudine Arcturi 35°. 35′. iu alt. capitis Andromedæ 27°. 28′ lunaque fuit tota obſcurata.

Totâ ☾ per umbram apparuit diverſimodè: Peripheria undique præciſa quidem transparuit, litealis tamen inferior in auſtrum minus, quàm ſuperior in Boream vergens: cauſa, quia Umbræ nucleus in Auſtralem plagam incubuit, Luna jam ultra nodum in Boream progreſſâ.

Interior pars Lunæ Umbræ centrali obnoxia, omnium maximè fuit obſcurata; ea tamen ipſa centro Lunæ non fuit concentrica, ſed ob dictam rationem in auſtrum vergebat.

Nucleus iſte tam denſus fuit, ut ſi toti Lunæ ſe infudiſſet, probabiliter omnem illius conſpectum erepturus fuiſſet: ſed non æquabat lunarem diſcum, quia circumcirca lunaris fulgidior limbus apparebat, infra quidem Auſtrum verſus unius digiti, ſupra unius palmi ſpatio.

Porrò nucleus Umbræ licet de Lunæ nihil tranſmiſerit, non fuit tamen coloris admodum atri, ſed apparuit inſtar fumi, & nebulæ craſſæ, extra hunc umbræ nucleum quaſi verticem quendam, quidquid Lunæ fuit traluxit inſtar cupri candentis, ſupra quidem ad Boream intenſo fulgore; infra verò verſus auſtrum admodum remiſſo, & velut aquâ ſemidiluto, & per hunc ſplendorẽ apparuerunt ſolitæ maculæ.

Recuperatio luminis prima in parte Boreali H. 8. 28′. in altit. ☾ 13°. 0′.

Hora 9. cœpit prima umbræ ſecundariæ decretio, & ex dictâ parte Luna plenè fulgere, cum alta eſſet 15° 30′

Nota 1°. In deſceſſu umbræ nucleus deſcendit, eaſdemque partes ita obſervavit, ut ægrè aut omnino non viderentur. Ex quo ſanè conſtat illam umbram à telluris meditullio ejici.

Nota 2. Reliquam Lunam more ſuo traluxiſſe.

Nota 3. pars illuminata nondum habuit verum lumen, ſed fumo adhuc infuſcata erat, id quod non tantùm libero oculo, ſed per tubum inſuper, & per immiſſionem in chartam patuit, & quanquam maximè quidem hoc ſpatium fumus occuparet.

H. 9. 45′. in Eclipſi ſectio valde parva fuit, ferè dimidij digiti, ſed nubes interverterunt.

H. certè 9. 58′. finis fuit quoad umbram, nam de fumo nihil acquiri poterat.

Alio in loco itidem Ingolſtadij à Fumo & Umbra ☾ liberari viſa eſt, in altitudine ☾ 21°. cum horologium domeſticum indicaret H 9 ⅞, quod tamen fortè ¼ ⅛. tardiùs incedebat.

Diameter ☾ apparens, ſtatim poſt Eclipſin 31′. 40″ verò poſtridie 30′.

Animadverſum & Lunam aſperari & frangi à ſuo circulo H. 11 ½.

Monachij ejusdem initium obſervatum dimidio quadrante antè H. 9.

Alius Ingolſtadij Studioſus ſic obſervavit:

Hora 8. 14′. in altitudine Lunæ 8°. 50′. fuit jam tota Luna eclipſata.

H. 8. 25′. fuit altitudo Lunæ 13°. cum lucem recuperaret.

H 9. 5′. Umbra ſecundaria decrevit in altit. Lunæ 15°. 30′.

Horâ 9. 45′. fermè fuit finis.

H. 9. 58′. jam fuit finis.

Obſervatio Mercurij eod. Anno ex recenſione VVilhelmi Schikardi.

Conjunctio ☾ ☿ ex obſervatione Kepleri, deſcriptâ in Introductione Ephemerid. f. 32.

Anno 1617. die 8. Martij verba obſervationis, ad locum Calendarij talia:

Inter Zvvetla & Helmeſetk occidit ☾, habens à ſiniſtra Mercurium paulò altiorem ima ſua margine, & videbatur linea ex ☿ extremis ☾ cornibus parallela incidens, incidere in partem ☾ obſcuram, ſic ut aliquotam diametri partem interciperet, fortè quartam.

Diſtabat à propiori margine minus diametro Luna.

Analecta ex ſchedis Ingolſtadianis.

Anno 1617. 16. Aug. poſt totalem ☾ Eclipſin, cujus finis H. 10. incidit, continuò per Tubos obſervatum eſt, quandonam rurſum ☾ decreſceret. Ergo poſt diligentiſſimam inſpectionem H. 11 ½ advertimus in ea quadrantis Lunaris peripheria quæ inter punctum occidentale & ſeptentrionale intercipiebatur, primò fractionem, & aſperationem appáruiſſe.

Et ita fieri debere ſuadebat lat. ☾, illuc enim circulus maximus per centrum ☉ & ☾ traductus tendebat.

Ex quo colligitur in hoc ſaltem ſitu & Lunæ à ☉ receſſu multo plus in ☾ illuminatum eſſe, quam hemiſphærium, & eam portionem, quâ hemiſphærio plus illuminabatur, vendicaſſe ſibi tempus 11. horarum, donec nempè à nobis fractio peripheriæ adverteretur, quia Eclipſis hæc primùm incepit poſtquam ☾ nodum tranſivit.

Duravit autem Eclipsis probabiliter à H. 6. usque ad H. 10. & post illam durationem adhuc sesquihora accessit, tanto autem tempore Luna etiam ante Nodum & Eclipsin integra permansit, ergo per 11. H. plena fuit.

Die 18. Martij H. 8. vesp. Anno 1617. Ingolstadij in altitudine Syrij 23°. 10'. observata est.

Distantia ☾ à corde ♌	28°	20'
à Corde Hydræ.	23	0
Eratque alt. ☾	49	0

Die 19. Martij, H. 8. vesp.

In altit. Caniculæ	43°	40'
Altit. Lunæ	41	10. dubia.
Fuit distantia ☾ à Cauda ♌	18	50
à Corde Hydræ.	24	18. vel 19'.
Mox H. 8 $\frac{1}{4}$. distabat ☾ à Cauda ♌.	19	10
à Corde Hydræ	24	20
In altit. Lunæ	43	20

Die 6. Aprilis Hor. 8. vesp. cum Luna attingeret

Horizontem distabat ab Oculo ♉.	35°.	12.
Ab oculo Medusæ	25	48

Die 11. Aprilis Hor. 7 $\frac{3}{4}$. distabat

Luna à Capella	29	54
à Syrio.	42	36
In altit. ☾	55	40
Capellæ	48	30

Die 12. Aprilis, H. 8. vesp.

Distantia Lunæ ab Hirco	40	36
à Canicula	18	36
In altit. ☾	56	20
Capellæ	41	0

Die 17. Aprilis. H. 8 $\frac{1}{2}$. vesp.

Distantia ☾ & Arcturi	41°	24'
☾ & Spicæ ♍.	25	12
In altit. ☾ 39°. 0'. Arcturi	37	40

Die 19. Aprilis, H. 8 $\frac{3}{4}$. vesp.

Distabat ☾ & Arcturus	35°	24
☾ & Cauda ♌	34	42
In altit. ☾	22	10
Cordis Hydræ.	30	0

Annus Christi 1619.

Eclipsis Lunæ. Die 20. Decemb.

Observatio Linzensis ex M. S. Kepleri.

Circa punctum Solstitiale ♋ ad pedes ♊ confer calculum Kepleri in Ephemeride illius anni prædixerat Linzijs.

Initium	H. 14	16' $\frac{1}{3}$.
Medium	15	48 $\frac{2}{3}$.
Finem	17	21
Durationem	3	4 $\frac{2}{3}$.

I.

Examen Horologij cum in domo Provinciali sonaret H. 1 tunc Aldebaran alta erat 41°. distans à vertice 49°.

Cum sonaret quadrans primus post primam, elevabatur eadem Stella 39°.

Cum alter quadrans elevabatur 36°. distans à vertice 54°.

Cum tertius, elevabatur 34°. à vertice distabat 56°.

Ex hisce concluserat, ubique ferè tempori hujus horologij addenda 19'. scrup.

II.

Uno quasi minuto post principium Eclipseos, annotat pulsum horæ 2. & altit. Oculi ♉ 32°. vel distantiam ejus à vertice 58°.

Umbram fuisse præcisè ad sinistram, necdum fecisse Lunam angulum rectum, ad priores Stellas in pede ♊.

Colligo ex omnibus circumstantijs, intelligere illum eas, quæ in Catalogo Tychonis ordine sunt 14. & 15. nam illius longitudinem ex protocollo Tychonis illo tempore ponit 28°. 8'. ♊. latit. 52°. $\frac{1}{2}$. Aust.

Dicit ☾ telescopio inspectum exhibuisse marginem ad sinistr. in Umbra conspicuum, cum multo adhuc lumine; sed tamen evidenter distinctum à lumine ☾ reliquæ.

III.

Deficiebat pars quarta, proximè post eam phasin sonabat 2 $\frac{1}{4}$. H.

Tunc Luna quasi supra Stellam angulo recto. Intervallum inter Stellam & proximum ☾ marginem, erat paulò majus diametro ☾.

Vt Stellas cernere possit, lunam texit fenestræ trabecula.

IV.

Hora campanæ provincialis 2 $\frac{3}{4}$. cum elevaretur Oculus ♉ 27° $\frac{2}{3}$. Deficiebant quasi duæ quintæ diametri, & umbra jam deorsum vergebat.

V.

Cum plus dimidio deficeret notat quidem ad marginem pulsum alterius Horologij parochialis, dissonantis à cæteris, sed ne confundamur omitto; maximè quia ex serie sequentium conjectare licebit verum tempus.

Centrum Lunæ tunc parum erat Stellam transgressum.

Distantia fuit à margine proximo major diametro. Paulò post priorem phasin sonuit in ædibus provincialibus H. 2 $\frac{3}{4}$ & annotat altit. Oculi ♉ 24° $\frac{1}{4}$.

VI.

Bes deficere visus erat Jano Gringallato Sabaudo, Kepleri tunc domestico & amanuensi. Keplero verô ipsi paulò minùs.

Tunc margo ☾ occidentalis nondum plenè formabat rectum angulum cum Stella vicina.

Paulò post quasi post 2'. hoc est 3'. post sonitum 2 $\frac{3}{4}$. Keplero Bes deficere visus, tunc margo præcisè rectum formabat angulum. Linea verò cornuum, nondum erat parallela, lineæ Stellarum pedis.

VII.

Sonabat Hor. 3. in domo provinciali. Oculus ♉ altus fuit 21° $\frac{1}{3}$. uno quasi minuto postea, Keplero dodrans deficere visus est, Gringallato autem $\frac{4}{5}$. Rubebat Luna tunc in umbris durissimè.

Paulò post tertia pars Telescopij sui superfuit, hoc est 5'. $\frac{-}{\because}$ intelligo de capacitate vitri remotioris.

VIII.

Sonabat 3 $\frac{1}{4}$. Arcus ☾ lucidus, vel ejus cornua potiùs, quasi parallela, erant lineæ Stellarum.

IX.

Sonabat H. $3\frac{3}{4}$. in horologio provinciali. Altitud. Oculi ♉. tunc fuit 16°. $\frac{2}{3}$ vel 16° $\frac{1}{2}$.

Post duo circiter min. nondum cornua versus primam pedis, perpendicularis tamen cornibus inclinabatur versus eam.

X.

Sonabat $3\frac{3}{4}$. defectus adhuc videbatur crescere: sed falsò

Luna propior adhuc priori Stellæ quam posteriori.

Post duo circirer min. sexta pars (diametri puto) in lumine nondum æquidistabat Stellis.

Paulo post, paulò plus in lumine, quam quarta diametri.

Jam cornua dirigebantur in secundam, nondum tamen æqualiter distabat ☾ à Stellis, & angulus in centro ☾ erat obtusiusculus.

XI.

Post sonitum Horæ 4. Perpendicularis cornuum, jam à prima ✱ in occasum; linea cornuum jam â secunda in Austrum. Distantia ☾ à ✱ ✱ tunc par.

XII.

H. $4\frac{1}{4}$. Sonante, Altit. Aldebaran 9°. $\frac{1}{3}$. nondum planè semidiameter in lumine.

Umbra infernè: jam parum ad dextram. Luna propior secundæ ✱ quam primæ.

Postmodum Luna paulò minùs diametro, margine proximo à Stella secunda.

XIII.

Mox sonuit H. $4\frac{2}{4}$. Keplero pars quarta: Gringalleto plusquàm tertia fuisse putabatur in umbrâ.

Post 10. circiter min. Gringalleto, paulò plus quarta in umbra.

Parallaxis Kepleri supponit ☾ distantiam, non omnino 44′. semid ⊕ talem propinquitatem & Tychonem æque Copernicum.

Si vero parallaxis sumatur 48. quanta in Prutenicis, proditurum alium locum ☾ apparentem ad fixas.

XIV.

Sonabat H. $4\frac{3}{4}$. provincialis. Post 2. ferè min. cornua spectabant propius ♄. quam Humerum Orionis.

Tunc defecit octava pars diametri. Paulò post occubuit Aldebaran, nondum verè quidem, sed abscondit se trans montes satis altos.

XV.

Finis Eclipseos, circiter 5′. antequam sonaret H. 5. in domo provinciali.

XVI.

Sonante 5. H. pallescebat adhuc, & quasi deficiebat splendor ascititius: fine ocularibus nimirum spectatus ab eodem Keplero. Visum id infernè ad dextram.

XVII.

Sonabat H. $5\frac{1}{4}$. tunc secunda pedis, à Lunæ margine aberat deorsum versus sinistram, paulò plus quam quantum capiebat Telescopium, hoc est plusquam 14′.

XVIII.

H. $5\frac{3}{4}$. humilior jam Stella ad sinistram, quam imus ☾ margo ad dextram

XIX.

H 6. Stella Telescopio difficulter inventa, linea ex Stella in Lunam surgebat versus dextram, crassâ æstimatione videbatur tendere versus polum Eclipticæ.

Appendix è litt. Kepleri 29. Ian. Ann. 20. ad me datis, de suspicionibus toti Astronomiæ Brabeanæ inimicissimis.

In quantitate & tempore consensum esse satis bonum: at in fixarum locis dissensum nimio quantum.

Centrum Umbræ in medio Eclipseos, motu vero, Tychoni in 29°. 2′ $\frac{1}{2}$ ♊.

Locus Centri ☾ respondens medio durationis in Orbita 29°. 4 $\frac{1}{2}$. ♊.

Inde distat ☌ ☾ ✱ visibilis H. 1. 15′. cui respondet motus ☾ sub fixis 47′ $\frac{1}{2}$.

Ergo tempore visibilis ☌ in Orbita in 28°. 16′ $\frac{3}{4}$ ♊.

Ab hoc Orbitæ puncto ducatur perpendicularis in Eclipticam, cadet ad 28°. 18′ $\frac{3}{4}$. ♊ is tunc est verus locus ☾.

Auferatur ergo parallaxis longitud. 26′ $\frac{3}{4}$. restat pro visibili loco ☾ 27°. 52′. ♊

Stellarum distantia 1°. 51′. & differentia latitudinis 6′. Lunæ distantia à priori plus 1°.

Ergò linea ex centro ☾ versus ✱ inclinatur, & 4′ ferè min. aliter Eclipticam secat, scilicet in 27°. 56′ ♊. Hunc putat Keplerus fore locum Stellæ, & sic redargui Tychonem, qui ponat in 28°. 8′. ♊.

Ego nego, ait Schickardus, quia angulus ad Eclipticam debet rectus esse.

Observatio Ingolstadiensis.

Die 20. Decemb. Hor. 6 $\frac{3}{4}$. observata est distantia Lunæ à Capella 23°. 55′. à Polluce 24°. 42′. in altitudine Lyræ 25° 2′. Vespert. cum ☾ alta esset 28°. 32′. in verticali primario.

H. 7. in alt. ☾ 32° Lyræ 22°, fuit distantia Lunæ ab oculo ♉ 20°. 41′. ab Humero lucido, Orionis. 16° 48′. aut 50′.

H. 10 $\frac{3}{4}$ in altitudine Caniculæ 34°. 39′. Lunæ 61° 50′ Matutina distabat, Luna à lucido Humero Orionis 16°. 48′. ab oculo ♉ 22°. 30′. & paulo post intervallo $\frac{1}{8}$. à Capella 24°. 30′. à Polluce 22°. 50′.

H. 12. noctis fuit altitudo ☾ meridiana 65°. 10′ Distabatque à Lucido humero, Orionis 16°. 57′. ab oculo ♉ 22°. 54′. à Polluce 22°. 3′. eratque altitudo Caniculæ 43°. 10′. H. 11. 52′.

H 1 $\frac{1}{4}$ cum 21. dies à media nocte jam incepisset in altit. ☾ 61°. 20′. Vesp. Caniculæ 47°. 16′. matut. Distabat ☾ ab Humero Luc. Orion. 16°. 57′. à Polluce 21°. 48′. ab oculo ♉ 23°. 24′.

Diameter Lunæ apparens 34′. aut 35′. per quadrantem magnum.

H. 2. Distabat ☾ ab Hum. Luc. Orion. 16°. 54′. ab oculo ♉ 24.° à Polluce 21°. 3′. In altit. ☾ 54°. 17′. Caniculæ 48° 0′. dubia.

Hoc ipso tempore cæpit à fumo Luna infici, ita ut jam H. 2 $\frac{1}{8}$. primus Terræ fumus sit bene animadversus, hinque initium sumtum.

H. 2 $\frac{1}{4}$. cæpit notanter ☾ ingredi veram umbram

nempè parvulum ſegmentum nigri coloris, per hanc Umbram peripheria Lunæ extima perluxit.

Ad hunc ingreſſum veræ umbræ nempè H. 2. 15′ verſæ ſunt cleplydræ, & totum tempus, inde conſequens quadrantibus horarijs eſt menſuratum.

Abſoluto igitur ferè primo quadrante à principio Eclipſis, hoc eſt H. 2. 30′. è ☾ obſcurati erant digiti 1 $\frac{1}{3}$.


Elapſo 2. quadrante eclipſatio fuit digitorum 4. Elapſo tertio, eclipſatio 7 digit. ferè.

Sectio Umbræ fuit circularis, magis præciſa quam à principio, & minus ante ſe fumi agens, admodum nigra atque opaca, reliqua umbra fuit non tantum valdè diluta, ita ut pars ☾ alioquin Eclipſata una cum ſuis maculis diſtinctè perluceret, ſed etiam colore rubeo inſtar Carbonis ardentis.

Ad finem 6. Quadrantis fuit Eclipſatio 11. digitorum, & obſervata eſt diſtantia ☾ à Lucida Hum. Orion. 17°. 0′. ab oculo ♉ 24°. 9′. à Polluce 20°. 15′ in altit. ☾ 30°. 0′. Caniculæ 37°. 5′. hor. 15. 47′. veſpertina. & paulò poſt ſemiquadrante elapſo, fuit maxima Eclipſis digit. 11 $\frac{1}{2}$. in qua magnitudine per ſemiquadrantem duravit invariata uſque ad finem ſeptimi quadrantis, atque tunc Eclipſatio decrevit.

H. 5 $\frac{1}{4}$. cum jam umbra in exitu eſſet, & Eclipſis deſineret egrediente fumo, obſervata eſt diſtantia ☾ à Capella 20°. 24′. à Polluce 19°. 45′. in alt ☾ 32°. 40′. Caniculæ 24°. 35′. NB. 4. 51.

Eclipſis duravit 3. H. forte 1′. aut 2′. amplius. Fumus autem veram umbram præceſſit minimùm 10′. ſummum 13′. non omnino quadrante, plus ſemiquadrante, egreſſus eſt poſt Umbram pari ſpatio.



Cæterum Ingolſtadij ſectiones notatæ ſunt, quemadmodum imago exhibet.

bbb. Elapſo 2. quadrante Eclipſatio 4. dig. 2° 45′
ccc. poſt initium tertij quadrantis Eclipſ. 5 $\frac{1}{2}$. digit.
ddd. Elapſo 3. quadr. Eclipſ 7. ferè dig. 3° ′
eee. Circa medium quarti quadrantis Eclipſ. 8 digit,
fff. Ad finem 4. quadr. Eclipſ. 9. dig. 3. 15
ggg. Circa medium 5. quadr. Eclipſ. 10 dig. ferè.
hhh. Elapſo 5 quadr. Eclipſ. 10 $\frac{1}{2}$. dig. 3. 30
kkk. Elapſo 6. quadr. Eclipſ. 11. dig 3. 45
lll. Elapſo 7. quadr Eclipſ. maxima 11 $\frac{1}{2}$. dig 4. 0
mmm. Elapſo 8. quadr. aut paulo ante Eclipſ. 9. digit. 4 15
nnn. Elapſo 9. quadr. Eclipſ. 7 $\frac{1}{2}$. dig. fere 4 30
ooo. Elapſo 10. quadr. Eclipſ. 5 $\frac{1}{2}$. dig. 4 45
ppp. Elapſo 11. quadr. Eclipſ. 3. digit. 5 0
qqq Ante finem duodecim quadrantis Eclipſis 2. digit. 5 10

Eadem Eclipſis Olyſſipone obſervata eſt à Chryſoſtomo Gall, S. J. Altitudo Poli Olyſſiponenſis 39°. 38′

Cœpit Umbra Lunam ſubire cum Canis major altus eſſet 35°. 20′ Medium Lunæ circiter attigit cum idem Canis altus eſſet 29°. Crevit autem ultra 11. dig.

decrescens cum ad medium Lunæ rediret, ipsins Lunæ altitudo fuit 48°. 30′. Canis majoris 25°. 20′.
Luna omnino liberata fuit cum alta esset 46°. in altit. Canis majoris 18°. 40′. Hæc Olyssipone.

Observationes Ingolstadienses,

Anno eodem.

Die 16. Junij H. $9\frac{1}{2}$. Vesp.

Distantia ☾ à Cauda ♌ 23° 59′
à Juba ♌ 14 26
à Regulo 7 1
In altitud. ☾ 13 21
Caudæ ♌ 35 22. vesp.

Die 17. Junij Hora $9\frac{1}{4}$. Vesp.

Distantia ☾ à Cauda ♌ 18° 15′
à Spica ♍ 35 27
à Regulo 19 29
In altit. Lunæ 16 45
Caudæ ♌ 35 5. vesp.

Die 17. Junij Hora 11. Vesp.

In altit. Lunæ 1° 30′
Caudæ ♌ 19 10. vesp.
Distabat ☾ à Cauda ♌ 17 38
à Spica ♍ 34 38

Die 18. Junij Horâ 9. Vesp.

Distabat ☾ à Spica ♍ 22° 30′
ab Arcturo 42 54
In altit. Lunæ 20°. 20′. Vesp. Lyræ 54 0

Die 19. Junij H. $9\frac{1}{4}$. Vesp.

Distabat ☾ à Spica ♍ 10° 12′
ab Arcturo 36 24
In altit. Lunæ 21 39. vesp.
Arcturi 59 20
Et H. $11\frac{1}{2}$. in Altit. Lunæ 2° 40′
Arcturi 40 15. vesp.
Distantia ☾ à Spica ♍ 9 54
ab Arcturo 37 59

Die 21. Junij in altit. ☉ 30′. cum Horizontem raderet & ostenderet horam 8. proximè, id est H. 7. 58′.
Erat ☾ altit. Meridiana. 23° 21′
H. $9\frac{1}{8}$. vesp in altit. Spicæ ♍. 24 40
In Altit. Lunæ 20 59
Distabat ☾ à Spica ♍ 15 33
Ab Arcturo 39 30
H. $11\frac{1}{8}$. in altit. Arcturi 42 15
Lunæ 10 5
Distabat ☾ à Spica ♍ 16 11
ab Arcturo 39 54

Observatio Mercurij.

Die 2. Febr. H. $5\frac{3}{4}$. Vesp. altus ☿ 7° 19′
Distabat à ♀ 12 36
à ♃ 10 12
Et H. 6. Vesp. justè altus ☿ 4 40
Distabat à Markab 24 42
ab Ala Pegasi 34 10
7. Febr. altus ☿ 4° 25′
Distabat à Markab 21 19
ab Alta Pegasi 29 52

Hora fuit $6\frac{1}{4}$. Vesp. ☿ vapores ingressus probè discerni non potuit.

8. Febr. H. $6\frac{3}{16}$ Vesp. ☿ altus 4° 10′
Distabat à Markab 21 21
ab Ala Pegasi 28 55
10. Febr. ☿ altus 2 30
Distabat à Marcab 20 45
ab Ala Pegasi 29 25
18. Maij H $9\frac{1}{4}$. vesp. alto Corde ♌ 40 45. vesp.
Distabat ☿ à Capella 20 17
ab Australi Capite ♊ 30 43
ipse ☿ altus erat 5 2
21. Maij H. $9\frac{1}{4}$. vesp. altus ☿ 4 50
Distabat ab Hirco 21 4
Ab Australi ♊ 26 30
In altitud. Cordis ♌ 37 5
26. Maij H, $9\frac{1}{4}$. Vesp. alta Capella. 14° 18′ vesp.
Distabat ☿ ab Hirco 23 43

Ab Humero sinistro primum 20°. 12′. deinde 20°. 0′. tandem, sed omnium incertissimè 19°. 54′. propter nubes.

Erat autem altit. ☿ 5°. 25′. scintillabat vehementer, libero oculo vix Capellæ æquabatur, lumine albo.

Observationes Veneris.

Die 2. Febr. H. $6\frac{1}{4}$. Vesp. ♀ distabat ab Humero
Pegasi 21° 21′
Ab Ala Pegasi 25 30

Occidit ♀ H. $7\frac{3}{4}$. Diameter ejus apparens cum alta esset 5°. fuit 6′. aut 7′. per Radium & libero oculo in Horizonte triplo major.

Die 7. Febr. Hor. $6\frac{5}{8}$. vesp. distabat ♀ ab Ala
Pegasi. 21° 27′
A Markab 14 6
Die 10. Febr. Hor. $6\frac{3}{8}$. vesp. distantia ♀ à Markab
sive Humero Pegasi 13° 34′
Ab Ala Pegasi 29 25
Ejus altitudo 8 30

Hoc die & 11. falcata ♀ apparuit, vidimus manifestè interiorem Veneris seu concavum limbum asperum ut Lunæ.

Ead. die per Tubum 7.rium immissæ diametri ♀ & ☉ atque invicem accuratè comparatæ. Erat diameter ☉ A. B. Veneris A. C. estque A. C. 16. pars lineæ A. B. quæ erat 32′.

Hoc die in altitudine ☉ 1°. 0′. accepta est per Radium ♀ & ☉ distantia 30°. 10′.

Die 1. April. & seq. 2, 3. 4 5. 6. ♀ ferè semiplena & minor quâm antehac.

Die 2. April. H. $5\frac{1}{2}$. ferè in altit. ☉ 1° 0′
Veneris 15 30
Per Sextantem diligenter observata est
Distantia ♀ à ☉ 40 6
Mox iterum H. 6. in altit. ☉ 5
Veneris 19 5
Distantia ♀ & ☉ 40 21
Die 3. April. in altit. ♀ 15 5
Cum ☉ esset in Horizonte distabat
♀ à ☉. 40 35

Die 4. April. cum ☉ adhuc non integer supra Horizontem emersisset & ♀ haberet altitudinem 14° 45′

Fuit distantia ♀ & ☉	40°	53′
Postea in altitudine ☉ 3°. ♀	17	10
Distantia ♀ & ☉	40	58
Denique in altitudine ☉ 11°. 40′. ♀	23	30
Distantia ♀ & ☉	41	12
Die 5 April. Solis ortus purissimus, cum esset in Horizonte ferè exortus distabat à ♀	41°	16′
Venus alta erat	14	25
Postea in altit. ☉ 3°. ♀	17	45
Distantia ♀ & ☉	41	30
Die 6. Apr. ☉ ortus purissimè, dum adhuc Horizonti incumberet distabat à ♀	41	35
Eratque alta ♀	14	40
Cum ☉ altus esset 3°. & ♀	17	50
Distantia ♀ & ☉	41	49
Die 9. April. in altitudine ☉ 1° ♀	15	20
Distantia ♀ & ☉	42	49
Die 10. April. in altit. ☉ 1°. 30′. ♀	16	8
Distabat ☉ & ♀	42	59
Die 11. Aprilis in altit. ☉ 1°. 30′. ♀	16	10
Distantia ☉ & ♀	43	10
In altit. autem ☉ 5°. 30′. ♀	19	5
Distantia ☉ & ♀	43	32
Die 12. April. in altit. ☉ 1°. 10′. ♀	15	32
Distantia ☉ & ♀	43	29
Die 13. April. in alt. ☉ 5°. 0′. ♀	18	40
Distantia ♀ & ☉	43	48
Die 1. Maij. Venus justè bisecta, & valde parva. Cumque ☉ altus esset 3°. Distabat ♀ à ☉	45°	50′
Die 4. Maij in alt. ☉ 1°. ♀	14	58
Distantia ♀ & ☉	45	52
Die 6. Maij in alt. ☉ 2°. ♀	16	10
Distantia ☉ & ♀	45	57
Die 11. Maij in alt. ☉ 3°. 30′. ♀	18	25
Distantia ♀ & ☉.	45	54 vel 55′

Igitur maxima ♀ à ☉ digressio fuit inter sextam & undecimam diem Maij.

Die 27. Maij. In alt. ☉ 1°. 40′. ♀	17°	23′
Distantia ☉ & ♀	44	30
Die 4. Junij in altit. ☉ 2°. 15′. ♀	19	35
Distantia ♀ & ☉	43	31
Die 8. Junij in altit ☉ 4°. ♀	23	30
Distantia ☉ & ♀	42	54
Die 20. Junij. In alt. ☉ 0°. 30′. ♀	20	5
Distantia ♀ & ☉	40	51
Die 5. Julij in altit. ☉ 2°. 0′. ♀	23	50
Distantia ♀ & ☉	37	57

Annus Christi 1620.

Congressum ☾ cum fixis Aquis-sextijs 12 Febr. observatum, Gassendus ipse suis in Commentarijs descripsit, quem proinde hic non repetimus.

Eclipses ☾ binæ fuerunt.

14. Junij varijs locis observatæ.

Observatio Tubingensis.

Ex calculo Ephemerid. locus ☉ 24°. 6′ ⅓. ♊ ☊ 26°. 9′ ♐ ☾ horarius à ☉ 27′. 54″. semidiam. umbræ 42°. 20′. Semidiameter ☾ 15°. 12′.

Principium observavit Mœstlinus, postquam se nonnihil ex obscuritate aeris extricasset, cum altus esset Arcturus in Occidentali plagâ 43° ⅓.

Ejus ✱ Ascens. rect. sumo 209°. 38′. Declin. B. 21° 12′. hinc per △ Sphærica colligo angulum ad polum 47°. 42′ ½. ut sit Ascensio medij Cæli, tunc 257°. 20½. Ascensio autem loci ☉ 83°. 35′. differentia eorum 173°. 45′ ½. quod fecit in tempore H. 11. 35′. pro initio Tubingæ viso.

Totalis obscurationis initium, idem Tubingæ observasse dicitur, Arcturo alto tantùm 32°.

Unde colligo angulum, ad polum nunc 65°. 12′. Ascensionem medij Cæli 274°. 50′. differentiam ab Ascensione ☉ 191°. 15′. Ergò tempus H. 12. 45′.

Lumen recuperasse dicitur Tubingæ, cum elevaretur Arcturus 17°. hinc reperio angulum ad pol. 88°. 1′ ⅔. Ascensio medij Cæli 297°. 40′. differentia ☉ 214°. 5′. adeoque tempus H. 14. 16′ ⅓.

Finem negat ob interpositas nubes cerni potuisse, per conjecturam tamen refert proportionaliter ad H 15. 25′. sic medium fuisset H. 13. 30′. & tota duratio H. 3. 50′.

Observatio Linzensis.

	H.	′
Initium	11	51′
Tota obscurat.	13	0
Medium	13	46
Recuperat.	14	32
Finis	15	42

Sic Meridianorum Tubingæ & Linzij differentia esset 16′. ferè.

Notavi postea ex Ore Kepleri Hospitis differentiam inter Linzium & Tubingam hinc fieri 15′. scrup sed non posse hac observatione solâ stabiliri, quia per nubes facta fuerit.

Duratio H. 3. 51′. At ea prædicebatur in Ephemeride Kepleri, fore H. 4. 2′.

Observatio Ingolstadiensis.

Hora 11¼. in altit Arcturi 44°. 28′. vespertina; Distabat ☾ ab Aquila 43°. 57′. à Corde ♏. 18°. 39′.

Eodem tempore fuit primus Ingressus fumi terreni sub dubio notatus, mox tamen notabiliter animadversus est fumus, quando Luna in Solari horologio monstrabat 11½. ferè 11¾. in altitud. Arcturi 43°. 55′.

H. 11¾. in altitudine Arcturi 42°. 5′. vesp observata est per Tubum, prima Sectio veræ umbræ in Luna eratque altit. ☾ 16°. 48′. matutino, distabatq; ab Aquila 43°. 48′. à Corde ♏ 19°. 0′.

H. 11⅞. in altit. Lunæ Meridiana 16° 50′. per magnum quadrantem. Altitudo Arcturi 37°. 19′. vesp. observata est secunda sectio Umbræ in Luna, utraque circularis erat, sed aspera, & ex illa maximè ex ejus medio fumus temerè in Lunam evagabatur.

H. 12¼. paulò plus in altitudine Arcturi 34°. 25′. dubia accepta est tertia sectio Umbræ in Luna.

Et H. 12½. in Altit. Arcturi 34°. 50′. quarta, utraque rubescebat colore lateritio.

H. 12¾ in Altitud. Arcturi 30°. 50′. Vespert. fuit Luna totaliter obscurata, & erat altitudo Lunæ 15°. 10′.

15°. 10′. vespert. Distantia ejus ab Aquila 43°. 18′. à Corde ♏ 19°. 33′.

Postquam tota ☾ fuit obscurata, remansit fere usque ad primam, extremus umbrosæ sectionis limbus latitudine fere unius digiti adhuc lucidus, longè tamen debiliore lumine, quam sit lux Lunæ.

Postquam ille splendor etiam perijt, Luna difficillimè apparuit, emicuit tamen instar tenuissimæ nubeculæ, longè debilior quam via lactea, sine omni rubedine. Et in Disco Lunari partes quædam omnino nigræ (ipsæ scilicet Lunares maculæ) aliæ partes ubi alioquin nullæ maculæ prædicto debili lumine perlucebant: maximè ad plagam inter occasum & Austrum.

Ubi etiam parvula Stella infra Lunam 6′. circiter comparuit per Tubum, non libero oculo.

Circa mediam secundam libero oculo de Luna nihil omninò videri potuit, per Tubum autem tam dubiè aliquid reperiebatur, ut nemo sciret, Luna aliud ne esset.

H 2. reperta iterum ☾ est per Tubum, sed difficulter, neque vapores lumen Lunæ tollebant, quia & dicta Stellula & via lactea clare apparebant.

H. 2. $\frac{1}{4}$. apparuit ☾ notabiliter albescere versus Zenith, ita ut in ea parte lucidum limbum duos digitos latum habuerit, quemadmodum ante versus occasum, quando primùm fuit totaliter observata, ista tamen lux nequaquam Lunæ fuit: Mox tamen recuperavit lumen à parte orientali ad magnas maculas, ubi etiam umbra ante ingressa fuit.

Duravit Luna in totali obscuratione summum H. 1 $\frac{7}{8}$ probabilissimè H. 1 $\frac{3}{4}$. nam nubes accurationem impediverunt. certum tamen diutius in morâ fuisse H. 1 $\frac{1}{2}$. non longius H. 1 $\frac{7}{8}$.

Sub recuperatione luminis H. 2 $\frac{1}{2}$. in altit. Aquilæ 47°. 50′. Vesp. Lunæ 8°. 50′. Distabat Luna ab Aquila 42°. 48′ à Capite Ophiuchi 37°. 18′.

H. fere 3. in altit. Aquilæ 37°. 20′, Vespertina, emersit media Luna, sectio Umbræ circularis sed aspera, tota umbra æqualiter nigra, peripheria Lunæ parum pellucente, maculæ non tralucebant.


H. 3 $\frac{1}{8}$. adhuc tertia pars ☾ in umbra fuit, segmentum Umbrarum non amplius nigrum, sed aliquantum ferrugineum sive dilutum, pellucente distinctè peripheria Lunæ Altitudo ☾ tunc fuit 5°. 10′

Hora 3 $\frac{5}{8}$ ultima apparuit Umbræ sectio, adeoque jam vera umbra egrediebatur, fumus autem notanter adhuc apparuit per $\frac{1}{8}$. ferè.

Hora 4. Sol erat supra Horizontem 40′. adeoque paulò antè quartam ortus est, & Luna tunc attigit Horizontem.

Pridie nempè die 14 Junij incipiente circa meridiem, diameter Solis apparens diligenter fuit observata 33′. paulò major Lunæ paulò antè Eclipsin 33′. per pinnacidia.

Apertura Tubi quæ Solem excepit, ad Lunam inepta fuit: apparuitque sic Luna turbata, & minor Sole, at aptato Tubo ut Lunam clarè redderet, Luna prorsus circulum Solis explevit.



Eclipsis Lunæ Anno eod. die 9. Decemb. Ingolst. observata.

Initium videri non potuit. H. 5. $\frac{1}{8}$. apparuit ☾ jam notabiliter eclipsata, ita ut de diametro tantum superfuerint 14′. Lucida per radium quo tota diameter erat 37′. adeoque Eclipsatio jam fuit 7 $\frac{1}{4}$. digit. eratque altit. ☾ 8°. 5′. Capellæ 27°. 10′.

H. 5. $\frac{1}{2}$. erat altit. Lucidæ ♈. 44°. 31′. 20″. matut. quæ exhibet H. 5. 33′. & tunc ☾ cœpit totaliter obscurari.

Deinceps Luna omnino disparuit, ut nihil de ea videretur, clarè alijs circumcirca Stellis lucentibus, & sic exul, amissaque Luna perstitit uno quadrante paulo plus,

Postea per reliquam totam moram transparere est visa, fuitque illius lux cuprea, nebulosa obtusissimi luminis.

Alij distinctè viderunt peripheriam & discum totum cupreo lumine ac tenui perfusum, obtusiore quam ferri candentis.

Ex his Unus vidit peripheriam (exceptâ unâ parte quæ ortum spectabat) Lunæ lucidius fulsisse, præsertim ea portione, quæ inter Zenith & Boream erat, illamque lucem semper ibi constitisse, saltem nullo alio loco visam esse.

Certum est, hanc in peripheria peculiarem, ultra receptum, & ordinarium ☾ fulgorem. Ita Stredonius, D. Vratislaus, & Ego per Tubum reflexè spectavimus.

Ego peculiarem illam luculam enciclicam fuisse puto, hoc est non in peripheria hæsisse, sed illam obivisse. quia per tubum initio statim vidi à parte Australi, paulò post, qua ortum spectabat, denique qua Zenith & Septentrioni obversa erat.

Deinde mihi & alijs Myopibus qui totum Lunæ discum non vidimus, sed tantum illum singularem fulgorem, apparuit ille fulgor initio in eodem verticali cum Cornu Australi ♉, postea vero cum Luna recepit lumen in verticali multo Borealiori.

Testantur alij etiam se non uno, sed alio alioqui peripheriæ loco illam lucem vidisse.

Porrò quemadmodum in nuperâ æstivâ Eclipsi, ita & nunc discus Lunæ visus est, non rubeo, sed pallidissimo & cineritio lumine offusus, multo debiliore quam apparere soleat Lunæ novæ lux secundaria, vel Stella nebulosa, aut lactea via.

Cæterum H 6. in altit. Capellæ 35°. 0′ matutina distabat Luna (imò ille peculiaris Lunæ splendor.) ab oculo ♉ 14°. 21′. à Capellâ 23°. 57′.

H. 7 $\frac{1}{8}$. accepta est rursus illius septentrionalis fulgoris distantia à Capella 23°. 48. ab Oculo ♉ 15°. 18′. quo ipso tempore cœpit Luna lumen suum recuperare inter ortum & Septentrionem, eratque paulò antè altitud. oculi ♉ 30° 7′. 20″. quæ dat H per calculum 6. 59′. & paulò post cum altitudo oculo ♉. esset 32°. 0′. adeoque ex calculo H. 7. 10′ Distabat centrum Lunæ à Cornu Australi ♉ exactè 1°. 22′. per Radium.

Hor. 7 $\frac{5}{8}$. quando Umbra exiens justè transivit per Centrum Lunæ, fuit altitudo oculi ♉. 35°. 52′. &

ſtatim Lunæ 30°. 23′. Diſtantia vero centri Lunæ ab oculo ♉ fuit 15°. 39′. à Capella 23°. 55′.

H. 7. $\frac{3}{8}$. antequam umbra decreſcens centrum Lunæ attingeret, nullæ in umbra apparebant maculæ Lunares, eratque univerſim color atroceruleus, & peripheria Lunæ aliquantum aſpera, atque atropurpurea.

Poſtmodum tota peripheria fuit admodum fuſci coloris. Item circa H. 7$\frac{5}{8}$. ſtatim atque umbra centrum prætererat fuit altit. Cornu Borealis ♉ 36°. 56′. Lunæ 30°. 23′. Diſtantia Lunæ à Cornu dicto 6° 22′. à Cornu Auſtrali 1°. 20′.

Unde patet in eodem fermè verticali fuiſſe Lunam & Cornu Boreale. Et tunc circulus latitudinis Lunæ coincidit cum Verticali.

H. 8 $\frac{1}{8}$. egreſſa eſt umbroſa ſectio, atque adeo fuit finis Eclipſis, remanſit tamen fumus, fuit tunc altit. oculi ♉ 41°. 34′. 40″. Capellæ 54°. 26′. Lunæ 35°. 10′. inferioris ♊ 9°. 56′. ſed his duobus parva fides.

Circa H. 9. accepta eſt diameter ☾ per Radium 37′. libero oculo ad centrum applicato.

Luna totaliter in umbra morata eſt H. 1. 32′. clepſydra ad horologium Solare examinatâ.

Quando Luna recuperare cœpit lumen, inde usque dum ſectio veræ umbræ exijt tempus interfluxit H. 0. 58′. juxta verſam clepſydram; quando tamen illa verſa fuit, recuperat jam Luna notabile ſegmentum luminis: unde aliquanto minor juſto eſt noſtra hujus moræ menſuratio.

Cœpit totalis obſcuratio H. 5. 33′. calculo hanc prodente ex altitudine Lucidæ ♈. 44°. 31′. & certum eſt totalem obſcurationem certo tunc incepiſſe, potius dubium erat an non, aliquanto ante inceperit.

Duravit ab hoc tempore H. 1. 32′. ſecundum noſtras clepſydras poſtea ad horologium Solare examinatas.

Recuperatio luminis cœpit H. 7. 5′ quia paulò antè obſervata fuit altitudo Oculi ♉ 30°. 7′. quæ facit H. 6. 59′. paulò poſt verò obſervata fuit altit. Oculi ♉ 32°. facit H 7 10′. differentia 6. addenda ad H. 6. 59′. atque ita rectè recuperationis tempus cum tempore obſcurationis convenit, nam ſi à tempore obſcurationis totalis H 5. 33′. (quod diligenter acceptum fuit) dematur H. 1. 32′. duratio totalis quæ etiam diligenter accepta eſt, proveniet tempus reilluminationis H. 7. 5′.

Inſuper quia paulò ſeriùs verſa eſt clepſydra quæ receptionem luminis H. 1. 5′. ut adeo finis Eclipſis probabiliſſimè fuerit H. 8. 10′. quod confirmat etiam tempus ex altitudine Capellæ 54°. 26′. ſupputatum H. 8. 9′.

Sol occidens monſtrabat in Scioterico Solari H 4$\frac{1}{4}$ ad quod indicium horologium domeſticum correctum eſt, ſed quia propter refractiones Solis imago ferè $\frac{1}{8}$. diutius ipſo Sole ſuper Horizontem manet, idcirco ubique ad Horas horologij rotatilis domeſtici $\frac{1}{8}$. addenda eſt.

Eandem Eclipſem ſub elevatione Poli 48°. 40′. Remus Quietanus obſervavit 9. Decemb.

H. 4. 53′. 32″. deſumpta ex altitudine ♃ 24°. $\frac{1}{5}$. abfuerunt à Luna 8. digiti.

H. 5. 7. 35″. in altitudine ♃ 26° $\frac{1}{2}$. abfuerunt à Luna 10. digiti.

H. 5. 16′. 16″. in altitudine Oculi ♉ 13°. 25′. erat Luna tota in Umbrâ, lucidior tamen ad occaſum, & erat tunc altitudo ♃ 28°. & Lunæ 11°. circiter, & Luna per Corn ♉ incedebat juxta hædos verſus Capellam.

H. 6. 51′. 12″ in altitudine ♃ 42° $\frac{1}{2}$. vel potius ut alius habet H. 6. 58′. 32″. in altitudine ♃ 43 $\frac{1}{2}$. vel H. 6. 56′. 56″. in altitudine Oculi ♉ 30°. emerſit Luna ex umbra, atque tunc facies hujusmodi. Lumen verſus ♄ & pedem ♊ rubor verſus caput Erichtonij, in medio angulus ater diſcriminans.

H. 7. 26′ in altit. Oculi ♉ 34° $\frac{2}{3}$. plus medio lucebat.

H. 7. 36′. 27″ in altit. Oculi ♉ 36° $\frac{1}{4}$ lucebant quaſi 9. digiti.

H. 7. 53′. 44″. in altit. Oculi ♉ 39°. Luna tota luxit (adeoque finis Eclipſis libero oculo) ſupra tamen atra macula (intelligo fumum terreum) Radius verò fractus in oculo.

Per Teleſcopium finis animadverſus eſt H. 7 59′ 0″ in altitudine oculi ♉ 39°. 50′.

Finis abſque maculis (intelligo fumum) in altit. Oculi ♉. 39°. 50′.

Eadem Eclipſis obſervata Tubingæ, à VVilhelmo Schikardo.

Locus ☉ 18° $\frac{1}{4}$. ♐ ☾ Horarius à ☉ 33′. durationem totam prædixit calculus H. 3°. 46′.

Cum primum emergere cœpit mihi Luna, quaſi dimidio quadrante ante ſonitum Horæ ſextæ veſpertinæ, ſtabat non prorſus in linea, quæ Cornua ♉ connectit, ſed parum ad dextram recedere putabatur, & ab inferiori ✻ abeſſe quaſi parte $\frac{1}{5}$. totius intervalli,

Poſtea paulatim ad cornu infernum accedere videbatur, ut ab eo diſtaret quaſi $\frac{1}{8}$. tantum ſpacij totius, & jam lineæ melius congruens.

Sonante dimidia ſeptima, ſerenitas quidem affulſit, ſed creberrimis tenuibus nubeculis vel vaporibus tamen interrupta.

Facies Lunæ reilluminari incipientis, ea parte clariſſima, minus alibi.

Tempore totalis reilluminationis, altum deprehendi ♄ ſup. Horiz. Orientalem 23°. 40′.

Locus Planetæ illius, eo tempore notatur in Ephemerid Kepl. 4°. 35′. ♋ latit. 0°. 53′. Mer. unde umbra dabitur.

Obſervationes aliorum Planetarum.

Die 3. Julij H. 9. $\frac{3}{4}$. Veſpertina.	46°	50. veſp.
In altitudine Arcturi	51	24
Diſtabat ♀ à Spica ♍.	57	6
Ab Arcturo	4	20
Eratque altitudo ♀		
Die 11. Julij H. 9. $\frac{3}{18}$. veſp. aut ſummum H. 9. $\frac{1}{4}$.	43°	18′
Diſtabat ♀ à Spica ♍	51	6
Ab Arcturo	6	0′
Eratque altit. ♀		
Die 21. Julij Hora 9. Veſpertina	44°	58′
In altit. Arcturi		

Di-

Distabat ♀ à Spica ♍ 33° 42′
ab Arcturo. 44 58
Eratque altit. ♀ 6 0
Hoc die per Tubum 10.rium apparuit Venus semiplena, ejusque diameter in Tubo continebatur proximè duodecies.

Die 28. Julij Hora 9. Vespertina.
Alta ♀ 4° circit.
Distabat à Spica ♍. 27 24′
ab Arcturo 41 14

Die 31. Julij Hora $8\frac{3}{4}$. Vesp.
In altitudine Arcturi 38° 30′
Fuit distantia ♀ à Spica ♍ 25 0
Ab Arcturo 40 6
Ipsa ♀ alta erat 2 circit.

Die 11. Octob. H. 5 mat. ♀ per Tubum 10.rium falcata fuit benè duplo major Jove, nam diameter ♀ continebatur in Tubo quater aut summum quinquies, ♃ verò nonies aut decies, adeoque diameter ♀ 2′. 30″. ♃ 1′. 20″.

Die 12. Octob. H. 5. mat. longè diligentiùs quam heri ♃ & ♀ diametros comparavi.
Diameter ♀ ferè erat triplo major ♃. nam ♃ in Tubo 10.rio continebatur novies summum plusquam octies. ♀ autem in eadem quater & semis.
Utraque experientia poterat certô sumi, ex signo in centro vitri. Porrò Tubus cæpit 9′. hoc est $\frac{1}{4}$. ☾ quæ est 36′. adeoque fuit diameter ♀ 2′. 30″. ferè ♃ 1′.

Eodem die H. $5\frac{1}{4}$. Mat.
In altit. Canis Minoris. 24° 40′ vesp.
Distabat ♀ à Cauda ♌ 29 51
à Corde ♌ 31 21
Altit. ♀ erat 10 10

Eodem die H. $6\frac{3}{4}$. Mat.
Alto Sole 3° 20′
Distabat ♀ à ☉ 24 36

Die 13. Octob.
Alto Sole 0° 30′
Distantia ♀ à ☉ peripheria 25 6
Paulò post alto Sole 1
Distabat ♀ à centro Solis 25 15
Et semiquadrante ante observationem erat Veneris altitudo 19°. 40′.

Eodem Manè H. 5.
In altit. Cordis ♌ 36° 10′
Alta Venere 3 32
Distabat ♀ à Corde ♌ 30 57
à Cervice ♌ 34 6

Die 20. Octob. manè.
Alto Sole 1° 0′
Alta Venus 27 10
Distabat à propiore sive occidentali peripheria Solis 31 35
Mox alto Sole 20°. alta ♀ 28 10
Distabat à Centro ☉ 32 6
Iterum alto ☉ 4°. tribus iteratis observationibus distabat constanter ♀ à centro ☉ 32° 6′
Et H. $8\frac{1}{8}$. alto ☉ 10°. 50′. alta ♀ 34 10
Iterum quatuor solerter repetitis observationibus.
Distabat à Centro ☉ 32 8
Eodem mane H. $5\frac{1}{2}$. in alt. Reg. 26° 40′ vesp.
Distabat ♀ à Cauda ♌. 18 15

Die 21. Octob. Hor. $5\frac{1}{2}$. matutinâ.
In altitudine Reg. 25° 50′ vesp.
Veneris. 17 8
Distabat ♀ à Cauda ♌ 18 7
à Corde ♌ 30 59
Alto verò Sole 2°. in altit. ♀ 28 20
Tribus mox repetitis observationibus
Distabat constanter ♀ à ☉ 32 57
Porrò alto ☉ 5°. alta ♀ 30 10
Iterum tribus continuo repetitis observationibus distabat à ☉ 33 2
Et H. $8\frac{1}{2}$. alto ☉ 16 0
Distabat ♀ à ☉ 33 3

Die 22. Octob. H. $8\frac{3}{18}$ mat. alto ☉ 10 30
Alta ♀ 35°. 10′. distabat à ☉ 33 54
Ead. die H. 5. mat. ♀ per Tubum 10.rium visa apparuit ferè æqualis ☾ libero oculo visæ, sed erat plenior quam Luna.
Eadem die H. $9\frac{13}{16}$. mat. observata est Veneris altitudo meridiana. 40° 3′
Immediatè verò ante & post hanc meridianam altitudinem accepta est sæpiùs ♀ à ☉ distantia & constanter reperta 34° 0′

Die 23. Octob. H. $5\frac{3}{4}$. matutinâ.
In altitudine Sirij 24° 40′
Distabat ♀ à Corde ♌ 31 18
Eratque altitudo ♀ 18 50
Eadem die H. $6\frac{3}{4}$. mat. fuit ♀ in eodem verticali cum ☾ altit. ☾ fuit 19° 20′
Altit. ♀ 24 35
Mox per Radium distantia ☾ & ♀ 5 14
Eodem die H. $8\frac{1}{8}$ mat. Alto ☉ 11 30
Alta ♀ 35°. 40′. distabat à ☉ 34 41
Eod. die H. $9\frac{1}{2}$ mat. ♀ altit. merid. 40 40
Porro 22. Octob. per Tubum 10.rium fuit ♀ ferè æqualis ☾ libero oculo conspectæ.

Die 23. Octob H. $5\frac{1}{4}$. mat. per Tubũ 10.rium aliquanto minor fuit ☾, per 20.rium multò major. Continebatur autẽ ♀ in Tubo 20.rio ter summum, minimum bis & semis. Tubus verò capiebat 6. Ergò diameter ♀ apparens 2′.

Die 25. Octob. H. $6\frac{1}{8}$. mat. semiquadrante ante altitudinem Sirij 21°. 10′. vesp. distabat Venus à Cauda ♌ 17° 51′
à Corde ♌ 31 54
Erat alta ♀ 23 20
Die 31. Octob. H. 8. mat. alto Sole 9
Distabat ♀ à ☉ 39 39

Die 17. Novemb. Horâ $5\frac{1}{4}$. matutinâ.
In altitudine Arcturi 27 40. mat
Distabat ♀ ab Arcturo 30 54
à Cauda ♌ 26 12
Eratque altitudo Veneris 20 10
Eodem die H $7\frac{1}{2}$. mat. Alto ☉ 3° 10′
♀ alta 36°. distabat à ☉ 45 12
Hoc die & sequenti diligenter per Tubum 20.rium Venus considerata est. Apparuit semiplena, longèq; minor quam nuper, ita ut jam sexies in Tubo contineretur.

Tubi autem diameter capiebat die 17. Novemb. $\frac{1}{6}$. partem diametri Lunaris.

Die 18. non omnino sexies Luna emetiri potuit, proximè tamen, ut adeo plus una sexta caperet. Et

Et quia ☾ diameter erat 38′. die 17. 37′. autem die 18â. idcirco diameter Tubi proximè capiebat 6′. Eratque ♀ diameter 1′.

Die 18. Nov. H. $5\frac{1}{4}$. mat. Alto Arct.	27°	20′mat.
♀ alta 20°- 22′. distabat ab Arcturo	30	33
à Cauda ♌	26	35
Die 30. Nov. H. $6\frac{1}{4}$. Alto Arcturo	45°	5′
Alta ♀ 26°. 5′. distabat ab Arct.	28	47
à Cauda ♌	36	22

Eodem manè ♀ per Tubum 20.rium adhuc semiplena, & in Tubo sexies contineri visa est.

Die 1. Dec. H. $6\frac{1}{4}$. mat. Alta Spica ♍	26°	50′
Alta ♀ 27°. 45′. distabat à vindemiat.	18	3
A media Alæ Virginis	18	0
Die 3. Decemb. H. 6. mat. Alta ♀	23	40
Distabat ab Arcturo	28	59
à Cauda ♌	39	3
In altit. Arcturi	43	40 mat.
Die 7. Dec. H. $5\frac{3}{4}$. In altit. Arcturi	41	30. mat.
Venus alta 18°. 10′. distabat ab Arct.	29	48
à Cauda ♌	42	54
Eodem die H. 10. mat. alto Sole	15	0
Distabat ♀ à ⊙	47	5
Die 8. Dec. H. $6\frac{1}{4}\frac{1}{2}$. mat. alt. Spic. ♍	31	30
Venus alta 26°. 40′. distab. ab Arct.	30	2
à Cauda ♌	44	2
Die 13. Decemb. H. 6. mat.	6°	
Alta Venus	27°	
Distabat à Spica ♍	17	12′
ab Arcturo	31	54
Die 23. Decemb. H. $6\frac{3}{4}$. In altit. Arcturi 61°. mat		
Venus alta 21°. distab. a Spica ♍	27	42
ab Arcturo	37	48

Annus Christi 1621.

Eclipsis Solis, die 10. Maij.

Observatio Gassendi Aquis-Sextijs apud illum videnda.

Ejusdem Eclipsis observatio Adrianopolitana.

Anno Hegiræ 1030. (qui cœpit nostro 1620. die 16. Novemb.) mense septimo Regieb, die illius mensis 29. ♀ Eclipsis Solis observata est Adranæ, sive Adrianopoli, defectus $\frac{2}{3}$ ⊙, initium non apparuit propter nubem, sed finis observatus Horis 2. ante merid.

Annus Christi 1623.

Eclipsis ☾ observata Diniæ 14. Aprilis, quærenda in Commentarijs Doctissimi Gassendi, sed & congressus ☾ cum Spica ♍ die 5. Julij.

Annus Christi 1625.

Contactus Lunæ & Veneris.

Observatio Parisina.

Anno 1625. die 9. Febr. Vesp. observatus Lutetiæ, Hora fuit proximè $5\frac{2}{3}$. Horologio scilicet postea ad Sirium examinato.

Luna tunc fuit corniculata, & corporaliter putabatur attingere Venerem extremo cornu Australi. Discedens inde Luna fuit in eodem cum ♀ Azimutho deprehensa H. 6. 42′. nempe Sirio jam ad ortum elevàto 18. 45. Quadrans erat minutulus.

Tunc distabat inferior limbus ☾ à Veneris centro, quantum lucida plejadum ab occidentalissimo australissimâ illarum vel quantum infima, à media trium obscuriorum, quæ sub Orionis baltheo, in ense visuntur.

Ex Tab Rud. f 93. Erbachij Ulmæ & passim in Sueviâ visa est ♀, quasi in complexu esse Lunæ corniculatæ: seu, ut alij, quasi hærere in sinistro Cornu ☾, & ab eo momento paulatim veluti circumire gibbum ☾ lucidum inferiorem.

Ex quo intelligi datur, inter Occasum ⊙ & ♀ fuisse ☌ ☾ ♀ centralem, secundum longitud. visibiliter: Luna tamen borealior ⊙ occidit Erbachij H. 4. 53′. ♀ H. 6. 47′. quæ fuit in 24°. 42′. ♓ lat. 0°. 53′. M. (accuratius ad tempus æquatum 24°. 55′. ♓. lat. 0° $3\frac{1}{2}$. M. Parallaxis in Horiz. totalis 63°

Concludit toto tempore marginem Lunæ australem fuisse superiorem Venere. Quod verò visa sint stringere se, factum Opticâ fraude, per dilatationem luminis in oculo. At ego arguerem inde latit. ☾ majorem.

Eclipsis Lunæ 23. Martij.

Videnda in Commentarijs P. Gassendi.

Annus Christi 1626.

Conjunctio ☾ & ♀ Tubingæ observata

Die 22. Decemb.

Circa medium ♒ opaca pons à ♀ vicissim illuminabatur, margo lucidus erat amplior.



Paulò post cum dexter pes Orionis oriretur, situs erat qualis in secundo Schemate.






Postea cum sinister pes Orionis circiter 8°. altus esset, jam sic præcurrit, ut in tertio Schemate, sonabat tunc $\frac{1}{4}$. post Horam 6. ☾ tunc æstimatione crassâ 11°.




In quarta Schemate A. B, $\frac{1}{5}$. de E. B. D. F. $\frac{5}{6}$. ipsius D C. angulus G. D. F. 25°. in conspectu, tunc gladius & dexter pes Orionis in uno verticali (dubito an satis præcisè visu saltem æstimavi) & quantum distant tam altus erat pes supra Horizont. sonabat med. Sept.



In quinto Schemate $\frac{3}{4}$. ad H. 7. cùm Polaris & prior Equus-in uno perpendiculo A. B. B. C. proximi ☾ & dexter pes Orionis in æquali altitudine conspiciebantur, tamen in plagis oppositis cæli.



In Schemate sexto $\frac{1}{4}$. post H. 7. cum Canis minor, & Luna ferè æqualiter altæ essent (quævis 4°. per æstimationem) B. C. distantia major quam A. B. diameter, & ✳ ♀ ferè perpendiculus sub se.



Postea propter arcem & montes, atque vapores non licuit ulterius cernere.

Annus Christi 1627.

Conjunctiones ☾ cum Corde ♌ Iun. & cum scena ♆. videnda apud Doctissimum Gassendum in Commentarijs.

Eclipsis Lunæ Madriti observata,

Die 27. Iulsj.

Hora 16. 0′. tenuissima nebula, fumus nempe Lunæ se infudit à Zenith ortum versus, quasi per tres quartas orientalis quadrantis Lunæ.

H. 16. 12′. 45″. Umbra nigra, ac jam circularis Lunam ingredi cœpit, ortum versus in medio ferè ☾ quadrante orientali, & ad 3. ferè digitos hæc umbra progressa est, cum per eam Lunæ peripheria transparuit, ipsa umbra æqualiter nigra, nigrore non denso, sed tali tamen, qui obscuratam partem Lunæ à vicini Cæli partibus nihil distingueret. H. 16. 24′. 45″. erat ☾ 7′. obscurata, nempè paulò plus quam 3. digiti. Et jam per umbram nulla amplius peripheria transparebat. Umbra nihil erat colorata, sed æquali nigrore, cælo ceruleo non multo absimili, lumen ☾ omnino auferens. Et occupabat jam umbra integrum ☾ quadrantem orientalem.

Fumus jam ad centrum Lunæ pertigerat, & jam non tantum instar nebulæ Lunam obfuscabat, sed quodam colore non clarè rubeo tingebat, quemadmodum aliâs ☾ & ☉ à densioribus in Horizonte vaporibus solent tingi.

H. 16. 33′. 9″. Umbra transijt centrum Lunæ, quæ erat æqualis nigredinis. Fumus & priùs præcedens quadam rubedine Lunam inficiebat.

H. 16. 43′. 21″. Luna attigit Horizontem obscurataque fuit 9. digit. proximè. Umbra ut hactenus æquabilis nigredinis, nihil à cætero Cæli colore differens, pars residua Lunæ lucida notabili rubore colorabatur, sive à fumo, sive à coloribus Horiz. sive utrisque.

Quandò tota ☾ occidit Hora fuit 16. 45′. 45″. Paulò post ortus est ☉ qui abstrahendo à Refractionibus oriri Madriti in altitudine Poli 40°. 26′. debuit H. 16. 52′.

Horologium autem quo usi sumus in Ortu Solis indicabat H. 16. 37′. 3″. Errabat igitur 15′. Et hinc momenta observationum corrigenda erunt, quæ sic correcta prius notavimus.

Porrò ipſum horologium exactum 9″. quoque oſtendens; ut hinc à tempore magna obſervationi fides, neque inconſtanter incedebat, nam quantum præceſſit manè horologium Sol tantundem etiam veſperi prævertit. Umbrarum ingreſſus per Radium magnum, Tubosque ſelectos capti-

Porrò ab Occidente ima peripheria Lunæ uſque ad Orientem ſummam peripheriæ Solis interceſſerunt 6′. 36″. Inſuper ſemidiameter Solis oriebatur per 2′. 6″. & tota diameter proximè 4′. 12″. Lunæ verò diameter occidit ſaltem per 5. proximè. Fuit itaque cum centrum Lunæ occubuit centrum Solis infra Horizontem ſpatio temporis 6′. 18″. & cum ſemidiameter Solis elevata fuerit in 2′. 6″. ideo arcus quo Sol adhuc infra Horizontem depreſſus erat, fuit trium ſemidiametrorum viſualium Solis. Ergo tunc Luna tanto arcu debuiſſet etiam eſſe elevata ſupra Horizontem , ſecundum verum motum & ſitum abſtrahendo à Refractionibus.

Obſervationes Solis Meridianæ à me Schikardo Tubingæ habitæ, ac ne perirent, ex Schedis diſſolutis in unum locum hìc relatæ.

De Inſtrumento notetur Captas eſſe obſervationes rectangulo æquicruro, & notatas particulas inter perpendicularem & latera Hypothenuſæ Angulum rectum ſubtendentis.

Die ☿ 7. Novemb. cum poſt pluvias diuturnas Sol iterum affulgeret, tunc altitudinem ⊙ meridianam deprehendi particularem 41502.

Scilicet inter B. C. quibus reſpondet in Canone 22°. 32′. aufer illos de ſemirecto B. A. D. reſtat angulus altitudinis C. A. D. 22°. 27. ½.

Die ⊙ 11. Novemb. partic. 4344. faciunt 23°. 28 ½ ſubtractæ à 45°, relinquunt altit. ⊙ merid. 21° 31′ ½.

☾ 12. Novemb.	4390.	non adeo clarè
⊙ 18. Novemb.	4640.	
☾ 19. Novemb.	4674.	
☿ 21. Novemb.	4740.	clarè ſat. dilig.
♃ 22 Novemb.	4774.	
♃ 29 Novemb.	4954.	prid. S. Andr.
☾ 3. Decemb.	5028.	
poſtridie	5040.	obiter, quia non ſatis clarè
♄ 15. Decemb.	5080.	momento poſt verum Mer.
21. Decemb.	5014.	die S. Thomæ.
26. Decemb.	4935.	paulo poſt mer. die S. Steph.


Altit. Poli.

Die 22. Novemb. poſt merid.

Altitudo Sirij merid. particularem	3596.	
facit	19°	46′ ½.
Itaque Sirij altitudo fuit	25	13
Declinatio ejus Tychoni	16	12 Auſtr.
Ergo altitudo æquatoris	41	25
Poli verò	48	35


Annus Chriſti 1628.

Eclipſis Lunæ 20. Ianuarij, Obſervata Tubingæ.




Initium invidit nobis nivoſus aer, ſed cum unus quaſi digitus ∴ ſupereſſet lucidus , indicavit horologium H. 9. Quia verò tunc poſtrema ſive orientalior ✱ trium in Orionis cingulo Meridianum ſuperaverat, colligo addenda eſſe horologio 3′. vel 4′ circiter.

Inclinatio cornuum erat qualem appinxi , quiquid inter illorum amplexum continebatur, habebat obſcuram lucem, velut prunæ ardentis.



H. 9 ⅓. Automati mei adhuc mediocris lux per nubes transparebat. H etiam 9 ½. emicuit ipſa Luna (dehiſcentibus nubeculis) corpore parvula, colore rubea, cum pauxillo luminis ſuperni, & hebetis admodum, ut agnoſcerem fuiſſe ſecundarium ſaltem.




Poſtea omnis albedo nubium evanuit, & obortæ tenebræ duravit magna obſcuritas aêris.

Indicabat Horologium H. 10 ¼. ferè, Sirius tunc meridiano applicabatur, unde tempus correctum H. 10. 19′. vel 20′. ut intelligas Automaton 5′. circiter fuiſſe tardiùs juſto.

Hora indicis 10 ½. ſubitò vidi ☾ ſupernè ad ſiniſtram aliquid lucis dubij monſtrantem (nondum tamen verè reilluminatum) ☾ erat coloris.


Ho-




Horologic H. 11. per nubeculas tenues videbantur jam plures quam tres digiti, adeoque minimùm 3 $\frac{1}{2}$. reilluminati esse. Tunc ista fuit obliquitas Cornuum visa.

Postea ninxit aliquandiu.

Index Automati monstrabat H 11 $\frac{2}{3}$. vel paulo minus (ita ut jam vero tempore fuerit circiter H 11 $\frac{3}{4}$. tunc apparitione subitaneâ putabam Octo digit. jam curere, vel paulò plus



Non diu post, ex improviso inter ningendum emicuit Luna, videbatur sola pars $\frac{1}{4}$. vel minus diametri ferè, in obscuro manere.



H. 11 $\frac{7}{8}$. Indicis parum obscuri restabat. Incertum autem, an vera umbra, vel lusciosо mihi secundaria tantùm fuerit.

Mox enim ☾ paucis à Meridiano gradibus, circiter 3°. distans, certè plenissimum lumen recuperarat.

Finis observatus Buzbachij (ubi Polus 50°. 28'.) H. 11. 34'.

Initium credebatur H. 7. 54'. circiter, Inclinatio tunc 34° $\frac{1}{2}$, sed inclinatio circa finem Eclipseos 76° $\frac{1}{2}$. tunc distabat Regulus à Meridiano 30°. 49'. altitudo marginis ☾ superioris meridianum transeuntis 59°. 23'. inferioris verò 58°. 50' $\frac{3}{4}$ unde diameter 32' $\frac{1}{4}$.

Mœstlinus Senior observavit hanc Eclipsin ad publica Horologia, & censuit obscurationem totalem contigisse H. 9 $\frac{1}{4}$. Regressum ex umbrâ H. 10 $\frac{3}{4}$. Ita ut medium inciderit ipsi horæ decimæ. Atque duravit mora 1 $\frac{1}{2}$. quæ Prutenicis est 1 $\frac{2}{3}$.

Observatio Constantinopolitana.

Anno Hegiræ 1037. (qui cœpit nobis Ann. 1627. die 2 Septemb. die 14 Giumadæ prioris, nocte inter diem ♃ & ♀.

Eclipsis Lunaris initium observatum, ☾ altâ existente 51°. cum elapsæ essent horæ noctis 4. 40'. defectus totalis extitit. Animadversio Constantinopoli (Stamboli)

Observatio Aquensis & Parisina videnda apud Doctiss. P. Gassendum.

Eadem Eclipsis observata Madriti.

Horologium minuta singula notabili spatio ostendens directum fuit H. 6. vespert. quando centrum Lunæ altum fuit 14°. 30'.

Plusquam media hora post illam Horologij directionem, in Luna nullum adhuc Eclipseos vestigium deprehensum; Calculus verò ex altit. ☾ prodit horam veram fuisse, cum constitutum est horologium H 6 8'. subinde nubes ☾ m eripuerunt.

H verò 9 57'. ex calculo altitudinis Lunæ 56° 0'. horologio autem H. 9. 50' adeoq; hora correcta 9 58'. Luna unum circiter digitum reilluminata à plaga orientali videbatur

H. 10. 18'. Umbra medium Lunæ occupavit. Horologium ostendebat horam 10 11'

Erat autem tunc observata altitudo Sirij 33°. 30' summa. Unde dicta hora 10. 18'.

Eodem tempore per Radium chorda inter cornua Lunæ lucida fuit 30'. portio diametri lucentis 17'. paulò plus. Sed accuratiam nubes impediverunt.

Horâ 10 53'. alta Luna 64°. 15'. Umbra vera exire visa est. Horologium ostendebat H 10 45' fumus notabiliter permansit, qui 5'. horæ post exire visus est Diameter Lunæ per Radium 35'.

Observationes Solis Meridianæ Tubingæ à VVilhelmo Schikardo.

Die 8 Januârij ♂	4430	(ad ☉ discum.
♃ 17 Ian.	4060.	per nubes collineando
☿ 23. Ian.	3719.	diligenter.
♃ 24. Ian.	3664.	· ·
♀ 25 Ian.	3602.	· · pulch.
♄ 26. Ian.	3545	
♂ 29. Ian.	3364	
♀ 30. Ian.	3299	dilig
♃ Ult. Ian.	3235.	accuratissimè hinc alt.
♀ 1. Febr.	3172.	(☉ 27°. 4' $\frac{1}{3}$
☉ 3. Febr.	3045.	post nebula.
☉ 10 Febr.	2590.	dubito, quia perpendi-
Die ☾ 11. Febr.	2519	(culū tunc ruptū.
♂ 26. Febr.	1500	
Ult. Febr.	1300	incerta propter evane-
♂ 4. Martij	1110.	(scentem radium
☿ 15. Martij	941	
♃ 6 Martij	874.	dilig. 40°. $\frac{1}{2}$,
♄ 8. Martij	730.	fugiente radio.
☉ 9 Martij	664	4 °. 12.
☾ 10. Mart.	596.	facit 41°. 35'.

Ergo tempus æquinoctij contigit circa H. 2. post med. noct.

♂ 11. Martij præcisè 42°. vel vix $\frac{1}{2}$. minus.
☿ 12. Martij die Greg. 465 partic.
♀ 14. Martij alt. ☉ mer. 43°. 6′. sed per nubes.
♄ 15. Martij 43°. 32′.
☉ 16. Martij Oculi 43 56′. diligens.
♀ 21. Martij 155. particulæ
♄ 22. Martij 218
♃ 27. Martij 555. clarè
♀ 28. Martij 620
13. April. 1621 54° 13′
♂ 15. April. 1739 54 52
♃ 17. April. 1854 55 30
♀ 18. April. 1907 55 48
♄ 19. April. 1968 56 8
☉ Quasimod. 2023 56 26
☾ 21 April. 2077 58 44
☉ Misericord. 2391 58 27
♀ 2. Maij 2630 59 44 intercurr. nub.
♂ 6. Maij 2810 60 42
♀ 9. Maij 2976 conjuncturali radio
☉ Cant 11. Maij 3013 61 46
☾ 12. Maij 3048 61 57
♂ 13. Maij 3087 62 9$\frac{1}{3}$.
☿ 14 Maij 3128 62 22$\frac{1}{3}$
♄ 17. Maij 3230 62 54
☉ 18. Maij 3244 62 58$\frac{1}{2}$
☾ 26. Maij 3448 64 1$\frac{1}{2}$.
☿ 28. Maij 3505 64 19 semiradio
☉ 1. Iunij 3565 64 37
☾ 2. Iunij 3580 64 42. dilig.
♂ 3. Iunij 3589 64 44$\frac{2}{3}$

Observatio hæc habita est 2$\frac{1}{2}$ H. post Nativitatem filiolæ Sabinæ.

4. Iunij 3596 64° 47′
5. Iunij 3604 64 49
6. Iunij 3612 64 52
7. Iunij 3619 64 54
☉ 8. Iunij 3626 64 56
☿ 11 Iun. Solst. 3632 64 57$\frac{2}{3}$
♃ 12 Iunij 3628 64 56$\frac{2}{3}$
13. Iunij 36 7 64 53
♄ 14 Iunij 3605 64 50
♂ 17 Iunij 3596 64 47
♃ 19 Iunij 3525
♄ 21 Iunij 3555 64 34
♃ 26. Iunij 3475 64 10
♀ 27. Iunij 3448 64 2
♄ 28. Iunij 3420 63 53. clarè.
☿ 2. Iulij 3330 63 25
♃ 3. Iulij 3300 63 16
♀ 4. Iulij 3275 63 8. pulch.
☿ 9. Iulij 3109 62 16
♀ 11. Iulij 3040 61 55. clarè
♂ 15. Iulij 2868 61 0
☿ 16. Iulij 2829 60 48
♃ 17. Iulij 2790 60 35. pulch. dilig.
♀ 18. Iulij 2748 60 22
☉ 20. Iulij 2616 59 54
☿ 23. Iulij 2508 59 5
☉ 27. Iulij 2320 58 4
☾ 28 Iulij 2267 57 46
♃ Ult. Iulij 2105 56 53
♀ 1. Aug. 2058 56 38

♄ 2. Augusti 2003 56° 20′
♃ 7. Aug. 17 7 54 45
♄ 9 Aug. 1600 54 7
♂ 12. Aug. 1420 53 5. raptim.
☿ 13. Aug. 1346 52 46
♀ 15. Aug. 1240 52 4
♄ 16. Aug. 1180 51 44
☾ 18. Aug. 1052 51 0
♂ 19. Aug. 991 50 40
♀ 22. Aug. 800 49 35
♄ 23. Aug. 715 49 12
☉ Die Barthol. 667 48 49. accuratè.
☿ 27. Aug. 468 47 41
♀ 29. Aug. 344 46 58
♄ 30. Aug. 277 46 35
♂ 2. Septemb. 076 45 26
♃ 4. Sept. 060 44 39
♀ 5. Sept. 126 44 17
☉ 7. Sept. 252 43
♂ 9. Sept. 400 vel 398. 42 43
☿ 10. Sept. 465 42 20
♃ 11. Sept. 535 41 56
♀ 12. Sept. 604 41 33

Æquinoctium ex his colligetur.

♄ 13. Sept. 671 41 10
☉ 14 Sept. 742 40 45
☾ 15. Sept. 812 40 21. accuratè.
♂ 16. Sept. 883 39 57 clar. dilig.
♃ 18. Sept. 1020 39 10
♀ 19. Sept. 1085 38 48
☾ 22. Sept. 1300 37 35
♂ 23. Sept. 1363 37 14
☿ 24. Sept. 1433 36 51
♀ 26 Sept. 1565 36 6
☉ 28. Sept. 1705 35 19
☾ 29. Sept. 1781 34 54
♂ Ult Sept. 1845 34 33
♀ 3. Octob. 2050 33 25. incertè
☾ 6. Octob. 2250 32 19
♂ 7. Octob 2322 31 56
☉ 12. Octob. 2650 30 9
☾ 23. Octob. 27.24 29 46
♀ 17. Octob. 2981 28 24
♄ 18. Octob. 3050 28 2
☿ 22. Octob. 3301 26 44
☉ 26. Octob. 3535 25 32
☿ 5. Novemb. 4090 22 45
♀ 7. Novemb. 4200 22 13
♀ 14 Novemb. 4510 20 43
♄ 15. Novemb. 4570 20 26
☿ 19. Novemb. 4716 19 45
♄ 22. Novemb. 4805 19 20
☉ Ult. Novemb. 5000 18 26
♃ 11. Decemb. 5100 17 58. dubia.
♀ 12. Decemb. 5088$\frac{1}{2}$ 18 2. diligentissimè.
☾ 15. Decemb. 5076 18 5
♂ 16. Decemb. 5067 18 8
☉ 21. Decemb. 5000 18 26

NB. Quia hoc superiori ultimo die Novemb. altit. ☉ eadem prorsus est deprehensa, videtur Solstitij momentum præcisè in medium cadere.

☾ 22. Decemb.	4983.	18°	31′
☿ 24 Decemb.	4957.	18	38
♃ Die Nat. Chr.	4930.	18	45
☉ 28 Decemb.	4841.	19	10
☾ 29. Decemb.	4812.	19	18.
Penult. Dec.	4784.	19	26
Ult. Decemb.	4754.	19	34

Elevatio Poli.

Die 17. Januarij Rigel. pes Lucidus Orionis in Meridiano particul. 2168. facit 12°. 14′.

Hinc Altitudo Stellæ	32°	46°
Ejus Declinatio Austr. add.	8	40
Fit Altit. Æquatoris	41	26
Poli	48	34

Die 23. Januarij H. 10½. Canis minor partic 451. seorsim, cui respondet tangens 2°. 35′. Ergo altit. ✱ Procyonis. 47°. 35′

Ejus Declinatio Bor.	6°	8′¾
Restabat Elevatio Æquatoris	41	26¼
Poli ergo	48	33¾

Die 30. Martij H. 3 mat.

Altit. Merid. ✱ in Cubito Sinistro Serpentarij, 44° 24′. Illius ✱ In hoc Canone Tychonis longitud. 0°. 3′ ♐ lat. Bor. 23°. 39′½. sed pro 28. ann. addendum longitudini 23′¾. corr. long. 0°. 26¾. ♐

Hinc elicitur ejus Declinatio	2°	51′⅔
Hinc Æquatoris	41	32⅓
Poli verò	48	27⅔

Die 7 Octob H. 9. noct. Merchab. hoc est ✱ in radice Alæ Pegasi 1699.

Sic ejus altitudo esset	54°	39′
Inde subtrahenda Declinatio Bor.	13	14
Restat Æquatoris elevatio.	41	25
Ergo Polus	48	35

EX SCHEDIS BUZBACHENSIBVS ET OBSERVATIONIBVS ILLUSTRISS. LANDGRAVII HASSIÆ PHILIPPI.

Observationes Anno 1628. Versus Austrum.

Stellæ Ex Uranomet. Bayeri.		Altit Merid. in Murali.			Altit. Poli adhibita Declin. Tychon.		
Boot.	α	60°	41′	41″	50°	29′	1″
	ε	68	12	37	50	29	23
Coronæ	α	67	31	33	50	29	27
Hercul.	α	54	24	15	50	29	45
	β	61	53	15	50	30	45
	ξ	71	52	40	50	26	25
	γ	59	38	0	50	29	0
Lyræ	α	77	59	15	50	19	45
Cygni	α	83	30	36	50	26	24
	ζ	68	16	53	50	28	7
	β	66	40	15	50	30	45
	γ	78	36	30	50	28	30
	δ	83	44	30	50	30	30
	ε	72	7	40	50	27	20
Persei	ο	70	34	40	50	27	20
	ε	78	24	0	50	28	0
Serpent.	γ	56	29	20	50	29	40
Aquila	α	47	28	34	50	27	26
	γ	49	17	30	50	26	30
	ζ	52	51	0	50	30	0
	δ	37	41	30	50	25	30
	β	45	4	0	50	30	0
Delphin.	α	54	10	30	50	26	30
	β	52	54	56	50	25	4
	γ	54	21	33	50	27	27
	δ	53	18	55	50	29	5
	ε	49	38	20	50	30	1
Ophiuchi	α	52	24	15	50	29	45
Equul.	α	43	17	20	50	26	40
Pegasi	α	52	45	15	50	27	30
	β	65	37	17	50	25	42
	γ	52	38	15	50	26	45
	ε	47	47	42	50	23	18
	η	67	50	25	50	24	35
	ω	62	11	20	50	21	7
Androm.	α	66	35	30	50	27	0
	α	61	11	0	50	28	0
	β	58	29	40	50	27	20
	γ	56	57	0	50	28	0
Tauri	α	55	14	25	50	28	1
	ζ	60	22	0	50	31	0
Gem.	α	72	11	30	50	26	50
	β	68	26	3	50	26	17
Cor ♌		53	20	40	50	26	0
Cauda ♌	β	56	11	53	50	29	7
	ε	65	2	0	50	28	0
	σ	47	35	0	50	28	0
Spica ♍	α	30	23	22	50	27	17
Ceti	β	19	29	0	50	28	31
Orion.	α	46	49	0	50	28	0
	γ	45	28	0	50	29	45
	δ	38	56	0	50	33	0
	ε	38	3	30	50	28	30
	ζ	37	21	30	50	27	30
	κ	29	41	30	50	27	30
	β	30	52	0	50	28	0
Syrij	α	23	20	30	50	27	30
Procyon	α	45	40	32	50	28	28
Hydræ.	α	32	33	40	50	24	20
	ζ	46	48	20	50	31	20
Limitata ex omnibus.					50	27	57

Observationes ☉ à principio Aug. Ann. 1628.

		Altit. Merid. ☉ in Murali.			Alt. Pol. supposita Declin. max. 23 31 30		
Aug.	2	54°	23′	50″	50°	30′	2″
	9	52	10	52	50	29	55
	11	51	31	7	50	29	45
	12	51	11	8	50	29	30
	14	50	29	54	50	29	41
	15	50	9	24	50	29	23
	17	49	26	39	50	30	3
	20	48	22	40	50	29	42
	21	48	2	10	50	28	30
	23	47	26	41	50	29	42
	27	45	48	12	50	29	19
	30	44	40	8	50	29	22
Septemb.	1	43	55	8	50	29	32
	4	42	45	23	50	29	0
	6	41	59	8	50	28	44
	7	41	37	8	50	27	44
	9	40	49	7	50	28	33
	10	40	25	22	50	28	53
	14	38	50	33	50	29	51
	15	38	26	28	50	30	12
	16	38	4	13	50	28	57
	19	36	53	39	50	28	59
	20	36	30	54	50	28	31
	22	35	44	6	50	31	40
	23	35	20	46	50	28	20
	24	34	56	16	50	29	23
	25	34	32	16	50	30	9
	26	34	9	38	50	29	34
Octob.	6	30	23	2	50	28	56
	23	24	29	33	50	29	51
	25	23	53	0	50	28	58
Altit. Poli limitata					50	29	21

Jam conferamus omnes.

Alt. Poli limit. è Stella Bor.	50	28	39
Eadem limit. è Stella Aust.	50	27	57
Eadem limit. ex Solis Altit.	50	29	21
Æquatio ultima	50	28	39

Ideo

Altit. Æquat.

39° 31′

quantum numero judicavimus.

Annus

Annus Christi 1629.

Meridianæ Solis. Tubingæ.

♄. 3. Januarij 4646. 20° 5′. diligenter.

Cum afflarem halitum calidiorem variebatur Umbra tremula, & dilutior, circiter minutum, inde intellexi; quod exhalationes possint in refractionibus.

☿ 7. Januarij	4485	20°	50′
♃ 8. Jan.	4444	21	2
♀ 9. Jan.	4400	21	15
♄ 10. Jan.	4355	24	28
♃ 15. Jan.	4110	22	39
♀ 16. Jan.	4059	22	55
☾ 19. Ian.	3901	23	41
♄ 24. Ian.	3618	25	6
☾ 26. Ian.	3500	25	42
♃ 29. Ian.	3317	26	39
☾ 2. Febr.	3070	27	56
♀ 13. Febr.	2343	31	49
♄ 14. Febr.	2270	32	12
☉ 15. Febr.	2202	32	35
♂ 17. Febr.	2070	32	12
☿ 18. Febr.	2000	33	41
♂ 24. Febr.	1583	36	0
☿ 25. Febr.	1516	36	33
☾ 2. Martij	1168	38	20
♂ 3. Martij	1100	38	44
☾ 9. Martij	683	41	5
♀ 13. Martij	406	42	40

Differentia hujus quatriduani motus est 95′. itaque caderet Æquinoctium circ. H. 10. ante 20. Martij, sed refractio est neglecta.

♄ 14. Martij	337	43°	4′
☉ 15. Martij	268	43	28
☾ 16. Martij	186	43	56
♂ 17. Martij	130	44	15
☿ 18. Martij	065	44	$37\frac{1}{2}$
♃ 19. Martij	0004	45	$1\frac{1}{3}$
♀ 20. Martij	70	45	24
♄ 21. Martij	138	45	47
☉ 22 Martij	205	46	10
♂ 24. Martij	336	46	56
♀ 27. Martij	535	48	4
♄ 28. Martij	602	48	27
☾ 30. Martij	733	49	12
♃ 2. April.	930	50	19. circit.
♄ 5 April.	1055	51	1
♀ 10. April.	1420	53	5
☉ 12. April.	1553	53	50
☾ 13. April.	1610	54	9
♂ 14. April.	1666	54	$27\frac{1}{2}$
☿ 15. April.	1723	54	47

Hactenus observavi Rectangulo Æquicruro superius indicato, loco quadrantis; cujus semidiameter $5\frac{1}{2}$. vel 6. ferè pedum.

Die ☉ 17. Maij altit. ☉ merid. 63°. minus $\frac{1}{8}$.

♂ 19. Maij	3290.		
☿ 20. Maij	3320.		
☉ Pentecost.		63°	50′ ferè
☾ 25. Maij		64	8. præcisè
♂ 26. Maij	3470.	64	8. dilig.
☿ 27. Maij	3490	64°	14′ $\frac{1}{2}$.

Declinatio ☉ illo die 22°. 45′ $\frac{1}{2}$. sic fieret æquator altus 41°. 29′.

♃ 28. Maij	3510	64	21. accuratè
♀ 29. Maij	3530	64	27
☾ Kal. Iunij	$356\frac{3}{4}$	64	44
♂ 2. Iunij	$358\frac{2}{3}$	64	44
☿ 3. Iunij	359	64	47
♃ 4. Iunij	$360\frac{2}{3}$.	64	50. accuratè
☉ 7. Iunij	$363\frac{1}{4}$.	64	58
♂ 9. Iunij	346	65	0
☿ 10 Iunij	346	65	2
☾ 15. Iunij	363	64	57
♂ 16. Iunij	$361\frac{1}{2}$.	64	54
☿ 17. Iunij	$361\frac{1}{2}$. iterum clar. accuratè		
♃ 18. Iunij	$360\frac{3}{4}$	64	50

NB. Correspondet ista observatio diei 4. hujus mensis, itaque Solstitium cadit intermedio tempore 11. Iunij paulô ante meridiem.

☾ 22. Iunij	$355\frac{1}{2}$.	64°	34′
♃ 25. Iunij	351	64	20
♀ 26. Iunij	$348\frac{1}{2}$.	64	13
♄ 27. Iunij	$364\frac{1}{2}$. vel $\frac{1}{3}$.	64	6
☉ 28. Iunij	3440	63	59
☾ 6 Iulij	3230	62	55

Ead. in cella observavi Solis maculam ingentem, quamvis radius per sat amplam incideret.

8. Iulij	$315\frac{1}{2}$.	62°	31′
♄ 11. Iulij	3050	61°	58
☉ 12. Iulij	$301\frac{3}{4}$. vel $\frac{2}{3}$.	61	47
☾ 13. Iulij	$297\frac{1}{2}$	61	34
♂ 14 Iulij	2931	61	20
☿ 15. Iulij	289	61	8
♃ 16. Iulij	$285\frac{1}{2}$.	60	56
♀ 17. Iulij	2810	60	42
☉ 19 Iulij	272	60	13
☾ 20. Iulij	$267\frac{1}{2}$. vel $\frac{2}{3}$.	59	59
♂ 21. Iul.	263	59	45
☉ 26. Iul.	$239\frac{1}{2}$.	58	28
☾ 27. Iul.	233	58	9
♂ 28. Iul.	229	57	53
☿ 29. Iul.	$222\frac{2}{3}$.	57	34
♃ 30. Iul.	$217\frac{1}{2}$.	57	16
♀ 31. Iul.	2130	57	2
♄ 1 Aug.	$207\frac{3}{4}$	56	44
☉ 2. Aug.	$200\frac{1}{2}$	56	25
☾ 3. Aug.	$196\frac{1}{2}$	56	7
♀ 7. Aug.	$173\frac{1}{3}$	54	50
☾ 10. Aug.	$156\frac{1}{2}$	53	54
♃ 13. Aug.	138	52	53
♀ 14. Aug.	133	52	3. dub.
☉ 16. Aug.	$120\frac{2}{3}$	51	5
☾ 17. Aug.	110	51	30. accurat.
♂ 18. Aug.	$107\frac{1}{2}$.	51	8. benè
♃ 20. Aug.	$095\frac{1}{2}$.	50	2
☉ 23. Aug.	75	49	19
☿ 26. Aug.	60	48	13
♀ 28. Aug.	$42\frac{2}{3}$.	47	27
☉ 29. Aug.	300		
♀ 4. Sept.	$003\frac{1}{2}$.	44	49
☾ 7. Sept.	26	43	
♂ 8. Sept.	33	43	
☿ 9. Sept.	38	42	

♃ 10. Septemb.	45	42°	25′
♀ 11. Septemb.	52	42	0
♄ 12. Septemb.	58	41	40
☾ 14. Septemb.	$72\frac{1}{2}$	40	51
♄ 26. Septemb.	155	36	10
♃ 8. Octob.	$237\frac{1}{2}$	31	38
♀ 9. Octob.	$245\frac{1}{2}$	31	12
♄ 10. Octob.	250	30	57
☾ 12. Octob.	263	30	15
♂ 13. Octob.	$270\frac{1}{2}$.	29	52
☿ 14. Octob.	276	29	34
♀ 16. Octob.	$289\frac{1}{2}$	28	51
♄ 17. Octob.	297	28	27
☉ 18. Octob.	303	28	8

Annus Christi 1630.

Eclipsis Solis 10. Iunij.

Parisina petenda ex P. Gassendi Commentarijs.

Observatio Oxoniensis.

Oxonij sub Elevatione Poli 51°. 46′. observatum est initium alt. ☉ 18°. 20′. unde H. 5°. 57. Finis sub alt. ☉ 3°. 7. H. 7. 45′ $\frac{2}{3}$.

Observatio Tubingensis.


Pro compendio observationis habendæ, ceperam pridie magno △ altitudines Solis, à vigesimo gradu per singulos usque ad 3° $\frac{1}{2}$. scilicet quam altè mons supra Horizontem permiserat, & ad earum momenta signavi speciem ☉ per foramen intrantis in opposito pariete.

Intermedia spacia in partes minutas subdivisi, ut sic expeditissimè, & omni momento sciretur ☉ altitudo, sine laboriosâ inquisitione. Nam parallelus ☉ pridianus non differebat (propè Tropicum) sensibiliter à postridiano, aut si quid discriminis fortè esset, id facili reductione posset emendari.



Quia multum refert scire quantitatem foraminis, per quod radius est intromissus, appinxi eum sic accuratè: ut sciretur quantum ubique superflui luminis imaginibus deficientis Solis esset detrahendum.

Et pinxi singulas apparitiones quadrifariam. 1. quales intus accepi, auctas limbo superfluæ lucis. 2. correctas resecta illa luce. 3. inversas semel, ut fiuantur sub cavo cælo. 4. Dupliciter inversas, ut in globo convexo.




Phasis prima excepta cum ☉ altus esset 8°. 58′. forte 56′. indice Scalâ in pariete signatâ, diameter refractionis 8° $\frac{3}{4}$. unde H. 6. 54′. Defectus G. C. latus videbatur unum ferè digitum: longus vero D. E. circiter 40°. scilicet inter 19°. & 61°. inclinationis. Unde media Inclinatio B. A. C. fit 40°. Si nunc datis Tribus punctis D. C. E. Arcum circumscribo & Lunæ centrum F. quæro Mechanicè, fit apparens ejus semidiameter F. C. multò brevior, quam ○ A. G. opticâ deceptione. Itemque digiti justò pauciores. Ut inversionem taceam.


Eadem phasis opticâ correcta. Hic detersa est circumquamque lux superflua, ut relinquatur verior proportio diametrorum.

Eadem prima qualis extra scenam foris sub cælo Cavo spectaretur. Intus enim permutatur superior situs cum infero.

Eadem ipsa qualis in globo convexo locaretur, dupliciter inversa.




Altera phasis diligentius excepta, cum ⊙ elevaretur 8°.35' hoc est H. 6. 56'. nondum planè sesqui digitus deficere putabatur, sed revera plus deerat ut in correcto Schemate cernitur. Arcus K M. inter 15° & 65° inclinationis extensus, vel amplior etiam. Itaque media Inclinatio I H. O. parum differebat à priori, adhuc ferè 40°.



Eadem altera pro veriori proportione diametrorum & digitorum,




Eadem sub cælo digitor. $1\frac{2}{3}$. ferè. Inclinatio 40°.




Eadem in globo.


Postea Furtivas quasdam apparitiones habuimus, cum ⊙ altus esset $5^\circ \frac{3}{4}$ videbatur semissis diametri deesse (scilicet intus in specie incorrecti radij) rursus cum elevaretur $4^\circ \frac{2}{3}$. notabiliter ultra medium defectus erat progressus: Verum quia ambæ phases fuerunt subitaneæ, nec satis accuratè potuerunt excipi; omisi eas. Residua lux Solis valde Flava, quasi croco tincta fuit.



Phasis ultima, cum ⊙ post montes occubiturus, altitudinem haberet 3°. 20'. H.7.34'. Cornu hoc extensum inter gradus Inclin. 245°. & 85. circiter latum apparuit plus quam 2. digit.



Eadem correcta. Sed ex hoc veriori & limitato Schemate constat residuam lucem, multò minorem vix digiti semissem æquasse.



Eadem sub cavo Cælo, qualis intuenti nudis oculis apparuisset.




Eadem in convexo globo serviens computationibus Astronomicis.

D. Hizlerus, Gmelinus & cæteri Bebenhusenses Studiosi. ♀ Waltusi, loco editiori observarunt usque dum ⊙ ad 1°. 20'. descenderet, testantur Cornu tandem stetisse multò erectius.

Sequuntur Observationes Buzbacenses.


Toto tempore fuit serenum ibi (in Weteravia, nisi quod ventus Observationi nonnihil incommodavit.




Altit ⊙ correcta 11° 18'. Azimuth à Septentr. 67° 1'. Automati Hor 6 42' Inclinatio circiter 37° Digiti $\frac{1}{3}$. pars quasi.




Deficiente jam integro digit. Inclinatio nondum sensibiliter mutata fuit. Automaton indicabat H. 6. 45'. ferè; Mihi ad hanc phasin Tubingæ fuit H. 6.49' $\frac{1}{3}$. Ita differet à Meridiano Buzbacensi 4 $\frac{1}{2}$. Scrup.




Quarta pars diametri seu 3 dig. deerant Inclinatio jam sensibiliter mutata quasi 32°. Automaton indicavit H.6.56. Constantia ipsius confusi, non exceperunt altitudines ⊙.



Altitudo ☉ correcta dupliciter 7°. 2′. Azimuth à Septentrione 62° 1 $\frac{1}{3}$. Authomat. Hora 7 11′.
Inclinatio circiter 25°. digiti 6.



Digiti 8.
Inclinatio 13°. vel 14°.
Altit. Solis correcta 5°. 46′ $\frac{1}{3}$.
Azimuth à Septentrione 60°. 29′.
Automati Hora 7. 20′.



Phasis sexta, Digitorum 10 $\frac{1}{2}$ postea rursus decrevit defectus, antequam ☉ post montes conderetur.
Altitudo Solis correcta 3°. 56′.
Azimuth à Septentrione. 58. 0.

Automati Hora 7. 30. circiter
In dubio relinquitur, an hoc fuerit obscurationis maximæ tempus: diu enim umbra morabatur, quam

decrementum ejus, evidenret agnosci potuetit, forte medium fuit 5'. scrup. citiùs.

Hæc postrema est genuina quantitas speciei, exceptæ prægrandi Tubo Landgraviano 50. pedes longo, quem ejus Celsit. pridie in summam speculationem huic fini curaverat elevari, & versus plagam ☉ dirigi. Intractabilior tamen fuit ipsa mole simul ob ventos, tremula species radij.

Spectatores & Testes aderant. Principis unus frater Illustrissimus Fridericus Hass. Landgr. cum Conjuge & Comitatu amplo, utriusque sexus.

D. Daniel Môgling Medicus unâ cum administro Tubum regebat, speciem ibi excipientes.

Alius quadrato tricubitali Orichalcico, super Horizontem firmum volubili, altitudines captabat.


Ipsemet Illustr Landgravius D. Philippus ex abundanti Automato attendebat exquisitissimè, simul & Scioterico, certitudinis causâ.

Signa dabant invicem ad momenta phaseon.

Calculo Rudolfino fuit Buzbaci obscuratio maxima digitorum $10\frac{1}{2}$. *at hic observata est* 11. 25'. *circit.*



Quantitas foraminis.



Eadem Eclipsis Anno 1630. die 10. Junij.

Observata Ebersperga in Bavaria à PP. G S. & A C. S. I.

Tangentes alt. ☉ cum Centrum esset.		Tempora respondentia in Horol. Sciotherico.	Tempora ex comparatione Schematum.
in A.	12200	Hora 7. 9′. 30″	Hora 7. 9′.
B.	7400	16. 30	16.
C.	6100	25	25 40″
D.	5500	35	35 40
E.	3358.	43	42 50

Medium Eclipsis	H. 7. 48′.
Finis	8. 33.
Duratio	H. 1°. 31′
Magnitudo	10. dig. 24′.
Latit. ☾ in ♂	3′. 40″

Diametri lum. proximè æquales.

α Centrum ☉ ejusque discus. β. γ. ε. δ. via ☾, distributa in minutias horarias, potest eadem in proprias minutias dispesci ex modulo. H. β. α. verticalis per ☉.

Eclipsis Lunæ Anno 1630. *die* 19. *Novemb. Observavit Tubingæ VVilhelm. Schikard.*

Contigit inter Plejades & Hyades, quasi medio loco paulò post obitum Kepleri.

I.

Cùm ☾ & Rigel in eodem perpendiculo versarentur nondum sensit defectum aliquem.

Paulò post putabatur quidem Ora sinistra fœdari & Lucem claram fuligine temerare, sed nondum erat vera Umbra Terræ.

II.

Qui mecum erant Studiosi Nobiles visu precipuè pollentes; etiam Telescopio usi, dicebant se jam sentire defectum, eo momento dimensus sum Jovis situm, qui jam transierat Meridianum, & deprehendi ejus altit. 18°. 58′. consequenter etiam tempus, item Azimuth ejus, unde tempus accuratiùs. ♃ tunc ex Ephemeride Bartshij habebat long. 3°. 50′. ♓. latit. merid. 1°. 18′.

Mœstlinus initium ponit ad altitudinem Rigel 14°. item ad altit. inferioris ♊ 22°. Ulmæ observatum uno solo min. seriùs cœpisse quam calculus dederit, hoc est H. 9. 28′.

III.

Linea tangens Lunam ex parte quâ deficere cœpit, videbatur quasi parallela Stellis in oculo ♉ & Orionis Humero sinistro, sive quæ ex centro ☾ illi orthogonalis.



IV.

Cum defectus talis esset ratione quantitatis, & inclinationis, qualem respectu perpendiculi appinxi, tunc oculus ♉ & infima seu lucidior gladij Orionis cadebant sub eundem verticalem.

Pars obscurata erat sub cellula, & facilè à reliquo cælo distinguebatur, præsertim ad Oram lucidior & visibilior fuit.



V.

Limbus obscuratus occupabat quasi partem tertiam circumferentiæ, & videbatur quarta pars circiter diametri deficere, comparando latitudinem A. B. cum intervallo B. C. ad maculam quæ circa ☾ centrum. palilitium in linea per cuspides defectus transeunte.

Supernè Umbra nondum attingebat verticem ☾, Horologium Templi sonabat H. 10. sed pro veriori tempore venando attendi ad Septentriones, quod Stella polaris perpendiculariter sub se haberet, quæ inter claras caudæ Draconis est ante penultima & lucidior.

De coloribus Umbræ sic pronunciarunt qui aderant (neque enim meis oculis fidere sum ausus, quia dextro oculo cuncta lurida putantur) versus partem ☾ illuminatam fuisse Eclipsim obscuriorem, versus marginem ad sinistram coloris cinerei, & magis lucidam.

VI.

Cum ferè una tertia diametri deficeret versabatur Rigel in eo Azimuth, quod mihi per dextimum perpendiculum spectanti, coincidebat, vertici domus vicinæ: In hac positione deprehendi postridie altum esse Rigel 20′. 9′.

VII.

Cum quinque digiti deficerent & inclinatio lineæ per cuspides Umbræ faceret 60°. stabat pes Orionis supra apicem tecti vicini, observatio sequentis diei dedit altit. Rigel 17°. 22′.

VIII.

Cum Rigel illo situ haberet altit 18°. 18′. gibbus Um-

Umbræ attingebat centrum ☾, cornua inclinabantur 70°. ad perpendiculum.

IX.

Jam ambo cornua diametraliter per centrum opponebantur, sed gibbus Umbræ transierat, centrum notabiliter. Rigel eo tempore 26°. 5′.


In prædicta observatione Umbra non erat omnino circularis sed in medio compressior, ut omnes spectatores judicarunt, sive in ☾ profunditas aliqua fuit, sive terræ pars aliqua eminentior, sed & interdum linea seu radius aliquis illustrior intermicabat, testibus alijs, nam ego non assequebar.

X.

Cum punctum Cæli quod est medium inter Aldebaran & proximam Hyadum coincideret eidem perpendiculo cum Rigel videbatur nondum ⅔. obumbrari, Cornu dextrum erat quasi in transversali, sinistrum ⅓ quadrantis infra.

XI.

Cum utrumque Cornu transversum staret in equilibrio, cadebat libella ex sinistro puncto, juxta oculum ♉ quasi ¼. intervalli inter illum & proximam lucidæ dimensus est Generosus Dominus Hohenfelderus, dixit se collimasse ad punctum, medium in luce residua, interim ego indicem attendi & numeravi 57°. 34′. Instrumentum erat magnitudinis mediocris, capax subdivisionis usque ad terna minuta.



XII.

Talis configuratio ☾ ad Stellas ♉ pars lucida videbatur semissis opaca, sed quidam adstantium id negabant, Cornu sinistrum parum sensibiliter elevatius erat, color umbræ rubro fuscus, ad limbum rubicundior dilutioris coloris, ut evidenter discerni posset à reliquo Cælo.

Hujus phaseos tempore perpendiculum à Palilitio cadebat in medium spatium, inter quintam & septimam Leporis.

XIII.

Linea transiens per Cornua ☾ vergebat versus pedem Erichtonij, quæ Stella communis ♉, Humerus Orionis & Canis major eodem verticali, & ☾ inter Hyades & Plejades stabat.

Hactenus observata inter obstrepentem turbam curiosam sciscitando, qui calcaribus & gladijs instrumenta dejiciebant & rumpebant perpendicula.

XIV.

Cum denuo 6. digiti lucerent, sonabat 3. quadrans ad 12. & perpendiculum cadebat à Cornu ♉ australe & dextrum humerum Orionis ac Sirium.

XV.

Luna plusquam dimidia lucebat, perpendiculum supra vicini domum. Alt. Rigel 23. 26.

XVI.

Sonabat H. 12. pes Canis majoris numero septimâ constellationis, tenebat perpendiculum inter duos caminos proximæ domus, situm oculi omisi.

XVII.

Cum Luna esset proxima Meridiano deficiebat plusquam tertia pars, Azimutha creta notata sunt, quæ deinde oblitus sum.

XVIII.

Cum una tertia diametri deficeret, transibat verticalis per duo ♉ cornua, in Syrium.

Minus quam ½ deficiebat Syrius & pes Erichtoni in eodem verticali.

XX.

Cum ¼. deficeret notavi signum cretâ, reperi altero mane 1448. ex quo computandum Azimuth.

XXI.

Perpendiculum à dextro humero cadebat inter Syrium & ejus pedem, umbra occupabat ☾ quadrantem.

XXII.

Defectus jam præcisè aversus ab Aldebaran, limbus deficiens minor ¼. peripheriæ.

XXIII.

Cum defectus vix amplius appareret, feci signum cretâ, reperta est linea positionis 2390. unde Azimuth computetur.

XXIV.

Nihil animadverti defectus, nisi quod lux erat languidior, ☾ stetit partibus 2588.

Mœstlino ad hoc tempus & finem Eclipsis fuit Basiliscus in altitudine 17°.

Eadem Eclipsis observata Buzbachi.

Initium cum distaret Palilicium à meridie versus Ortum, 44° 1′ Instrumento Æquatorio, unde Doctor Moglinus computat H. 9. 38′.

H. 10½ obscuratos putabant 6. digit.

H. 11. circiter 8. digit.

Medium æstimabant cum palilicium à meridie ad ortum distaret 18°. 51′. hoc est H. 11. 18′. Sed ex collatione initij cum fine verum medium fuisse oportet H. 11. 10′.

H. circiter 12. transibat ☾ per meridianum, tunc declinatio marginis superioris 19°. 5′. inferioris 18°. 34′.

Finem notabant cum Oculus ♉ distaret à meridiano 2° 5′ unde computat H. 12. 42′.

Sic tota duratio fuisset horarum 3. 4′.

Medium putat Moglinus cum calculo melius congruere quàm extrema.

XI. Decemb. post H. 4. mat. ☾ talem configurationem habebat cum Stellis ♊ C. Castore & Polluce, & linea ex imaginario vertice △ æquilateri T. per P. trajiciens relinqueret ☾ notabiliter ad sinistram,

quasi N. A. $\frac{3}{4}$. suæ diametri: spatium P. N. intra Pollucem & inferiorem limbum ☾ paulo minus erat intervallo Stellarum P. C.

XVII. Decemb. contemplatus sum Fixas absente ☾ deprehendi Stellas Draconis multum differre à Cælo tum ratione quantitatis, tum configurationis ex gr. Hæ hic assignatæ sic disponuntur, aliter tamen ex numeris Tychonicis proveniunt 17. & 18. sunt 2. clarissimæ, sic etiam 11. in □ est clarior cæteris, contra 20. debet esse obscura, intervallum 17. & 18. non omnino semissis rotarum Plaustri minoris obscuriorum, quam 19 facit nec est in Tychonis numeris & pictura Schilleri, an ergo nova? sic etiam Jordanis Stellæ multò aliter se habent in Cælo quam globis.

XVIII. Decemb. circa mediam quintam, expectavi donec perpendiculum à Polari, caderet super 12. Cassiopeæ. tunc punctum, quod est inter 15. & 32. ♍ verticaliter imminebat ☾ æ. ♄. Tunc ad ♎ talem faciebat configurationem.

Apparuit etiam insolito fulgore, quasi media inter tertiam & quartam magnitudinis Stella △ faciens cum 23. & 25. quæ in catalogo Schilleri, & Tychonico nuspiam notatur, cum tamen clarior sit vicinæ illic notatæ, an est nova etiam hæc?

Eodem die circa H. 7. cum ☾ Meridianum transiret, cæpi ejus altitudinem 32°. 36′.

Cum sonaret H. 12. altit. ☉ 13°. 34′.

Hyadum observatio hic inseritur.


Habui eam 18. Decembris nocte illuni & egregiè serenâ.

Tycho tantum 9. Stellas notat, scilicet A. B. C. D. E. F. G. H. I.

Schillerus ea Bayero tres tantum addit. Ego autem 18. addidi, duplo plures quam Tycho habet ut jam in universum sint triplo plures.

Ego lusciosus quidem in tam angusto spatio capitis ♉. quid facere posset oculatior?

Observavi autem non omnes semper æqualiter lucere, sed aliquas interdum emicare subitò.



XIX. Decemb. H. $6\frac{1}{4}$. linea à ♄ ad ♎ sup. centrum ☾ æ quasi parte quartâ.

Sonante H. 7. distabat ♄ à ☾ 2°. 25′. radio tripedali.

XXIV. Decemb pro loco ♃ notavi talem ejus configurationem ad Stellas in effusione Aquarij. ♃ 25 26. constituebat △ æquilaterum, sed latus 26. & ♃ erat maximum. ♃ ut 25. mediocrè, 26. & 25. minimùm, differentia non magna, Stellula N. apparuit etiam quamvis in Schillero non extet, Angulus 25 26. ♃ ferè rectus.

XXVIII. Decemb. die Innocentum, altit. ☉ merid. 2344.

H. 4. transibat ☾ meridianum alta 30°. 37′.

XXIX. Decemb. media tertia cum ☾ versaretur circa nonagesimum, talis configuratio ☉ & ☾ altit. ☾ merid. 35°. 37′.

XXX. Decemb. alt. ☾ merid. 41°. 17′. dubito tamen an centrum satis præcisè assecutus fuerim.

Die sequenti alt. ☾ merid. capere volui, sed ob alias occupationes veni tardiùs, cum jam notabiliter transijsset meridianum, alta existens 46° $\frac{2}{3}$. quare hæc altit. est debito humilior.

Annus Novus 1631.

Kal. Ianuarij media decima.

Mencar Ceti, lucida ♈. & obscura pars ☾ ijsdem rectis.

Quarto Januarij H. 6. quæ ab oculo ♉ ad cornu Bor. ♉ stringebat ☾ m. supernè 5. Jan. H. 7. linea ab oculo ♉ per mediam ☾ m transibat capita ♊ ferè in medio, 6. Ian. die Trium Regum media octavâ, linea per dextrum Hum. Orionis, & mediam ☾ satis præcisè ad superius caput ♊ tetendit, item alia transversa linea ducta à Procyone per corpus ☾ non omnino attingebat dextrum Erichtonij Humerum.

7. Januarij Vesp H 6. linea per ♊ capita continuata usque ad ☾ recedebat ipsa ☾ diametro ab ipsa Luna.

8. Jan. Vesp. post H. 9. cum cingulum Orionis esset in Meridiano cadebat linea ex corde ♌ per mediam ☾ inter capita ♊, paulò super medium.

9. Jan. Vesp. H. 9. cum Rigel esset in Meridiano æqui distabat ☾ à Stellis duabus 6 & 8. ♌, & lineæ, quæ à quinta in marginem ☾ æ ducebatur; item linea per 4 & Lunam cadebat in C. punctum, quasi $\frac{1}{4}$ spatij totius ab octava in sextam.

11. Januarij H. 5. cum Spica transiret Meridianum, transibat linea ex Spica per ☾ inter duas Stellas 6. & 7. ♌ & ☾ cum cauda & dorso ♌ faciebat ferè △ æquilaterum.

Cum esset tempus nubilum, & ante mediam noctem ☾ non appareret, observavi ne otiosus essem, Stellas fixas ut sequitur,





Ignota Stella dubium an nova, inter Leporem & Eridanum apparuit Si vetus est, miror nec à Ptolemæo, nec Lynceo Bayero, aut Schillero observatam, mò nec mihi ante animadversam, superiorum annorum hibernis temporibus, cum hæc ipsa loca diligenter lustrarem, globi emendandi causâ.

Est illa in hoc Schemate (cui Calicis formam dedi, quam ipsa Stellularum ordinatio sugessit) figurata per A. quæ recta venit in lineam, inter 11 Leporis & 7. Eridani, item in lineam à lucido pede ♊ per capulum gladij Orionis, est Stella duplex, habet minorem juxta se versus Syrium, habet & duas quartæ magnitudinis circa se B. supra & C. infra. Reliquæ omnes sunt parvæ, quintæ aut sextæ magnit. ut egrè per conspicilia viderentur.

Inferior Stella C. cum duplici Hyadum & nova A. in eadem recta linea.

Iisdem noctibus notavi alia quædam similia, quod scilicet aliquæ Stellæ clariores appareant, quam illorum magnitudo decernit, v. g ♈ pectus, duæ ultimæ in sectione 3. & 4. capitis leporis &c. ut est in Abaco Tychonis & Rudolphi, cum tamen major sit 4 ferè tertiæ dignitatis, sicut & pes anterior leporis &c. nisi quis suspicetur quasdam successu sæculorum fieri clariores, sicut aliæ veterascunt.

Caput Medusæ facit hujusmodi configurationem. 12. 15. 29. sunt in una rectâ, & paribus ferè intervallis. 13. 14. ad sensum parallelæ.

Polaris cum femore. Cassiopeiæ & Humero lucido Cephei facit △ æquilaterum.

Eadem Polaris cum genu Cephei & baltheo ejusdem, facit △ Isosceles.

27. Januarij Vesp H. 7. linea à nodo lini ♓ ad extremam alam Pegasi stringebat superiorem ☾ marginem, linea item à latere Persei, per lucidiorem trium ♈, stringebat ☾ m ad sinistram, observatio Rudior propter dolorem dentium.

3. Febr. quadr. post 6. ☾ circa ♊ ita ut linea à capite superioris per medium partis illuminatæ caderet in pedem Orionis dextrum.

5. Febr. H. 5. cum ♄ esset in meridiano, linea à cauda ♌ per lucidam Jubæ stringebat ☾ m.

NB. Pro loco ♄ linea ab inferiore ♎ quæ est Eclipticæ proxima, cadebat inter genia Ophiuchi, hoc est 12. & 13. quasi ½. intervalli, alia linea à Corde ♏ incedebat inter ambas primam & 2. ut hic notatum.

Item linea à Planeta per superiorem ♎ cadebat in punct. A. inter 2. Stellas, quæ in globo non notatæ.

Ult. Febr. post H. 8. stabat ☾ prope Cornua ♉, ita ut linea à superiori Cornu ♉, & inferius Cornu

Lunæ caderet in infimâ ſcuti Orionis, numero 27 & alia linea ab inferiori Cornu ♉ per inferius Cornu ☽ caderet inter 24. & 26. ſiniſtri pedis Perſei.

1. Martij Veſp. H. 9. cum caput Hydræ eſſet in meridiano, linea à Capella in pedem lucidum ♊ non omnino diſſecabat ☾, linea vero ab Oculo ♉ ad medium inter ♊ tranſibat circa centrum ☾æ.

6. Martij quadr. ante octavam cum canis minor eſſet in meridiano, Ora ☾ cum cauda ♌ & dorſo ejusdem faciebat △ Iſoſc. h. eſt ſpatia 20. 27. & 27 ☾ ferè paria 21. & T. quaſi diameter totius ☾.

10. Martij volui obſervare æquinoctium, ſed tempeſtas non permiſit.

11 Martij obſervata alt. ☉ merid $41^{\circ}.43'$.


Propter viſitationem abſens nihil obſervare potui.

2. Septemb. media 6. cum ☉ adhuc non ortus eſſet, longa pertica menſus ſum intervallum & proximam Oram ☾ nondum deficientis à rotunditate; latus A B. æquabat longitudine 6370. & duæ acus B C. diſtabant talibus particulis 204. menſura hæc accurata eſt, quia diurna, ut lunæ ſplendor impedire non poſſet, recta O. M. mihi videbatur paulo major quam O. L.

6. Septemb. Plejades talia duo △ formant, quod memoriæ cauſa notandum.

8. Septemb. Veſp. H. 10 ſitum ♃ exploravi, tunc valde illuſtris & magnus, linea 12 13. tranſibat proximè ſupra ♃, quaſi latit. diametri Jovialis, diſtantia 13. ♃, æquabatur diſtantiæ 13 12. linea 15. ♃ 21. ferè recta, videbatur ad primam ♈ tendere, linea 15. 12. non prorſus parallela ipſi 14. 13. ſed paulùm appropinquans 13.

NB. Deprehendi Stellas in Abaco Tychonis non ritè omnes expreſſas eſſe, nam 13. 12. 11 non deorſum, ſed potius ſurſum inflectuntur, item viceſima non eſt adeo vicina 21°. ſed 17 propior, ut hic pinxi, fortè natus error inde, quod lat. Bor. ſcribitur pro Auſtrina & errorem retinuit Longomontanus, Keplerus, Schillerus in Tabulis, item 14. non eſt parvula, ſed par 12. & 13. porro 12. 13. 14. faciunt Iſoſceles quoad ſenſum.



13. Septemb locus ♂ obſervatus, linea quæ capite Caſtoris 1. per medium ſpatium inter 2. & 7. ♊ tranſibat, tendebat rectè in ♂. & erant intervalla 6. 7. 7. ♂. æquali, item linea 6 7. rectè cadebat à ♂ & ejus ſiniſtro margine.

4 Octob. poſt H 9. cubitus dexter Aquarij ſtabat in Meridiano, diſtabat ☾ à Cornu ♉ $6^{\circ}\frac{1}{2}$. & linea per mediam lucem tranſiens cadebat in mediam Hyadum. Eadem nocte attendi quod illa, quæ circa ventrem Ceti nova putatur, æquari clare poſſit ipſi Mencar.

Item emendavi Lyræ Stellas, in rombum.

18. Decemb. lo[illegible]us ♂ obſervatus duabus ☾ diebus, primo 12. Dece[illegible]b. fa[illegible]iebat rombum ♂, cum Stellis 6. 7. 8. ♌, erant latera 6. 7. cum 8. & ♂ parallela; intervallum ♂ 8. minus quam 6. 7. mox nubes inductæ ut tota hebdomada nihil appareret.

19. Novemb. Circa mediam 6. ♂ obſervatus, linea ex ♂ per 7 ♌. cadebat in mediam P. punctum, inter 19. & 6.

19. Decemb. etiam H. 6. reperi eandem configurationem, cadebat linea à 7. ♌ per ♂. alia linea à Corde ♌ etiam per ♂ cadebat inter 6. ſeu cervicem ♌ & 20. deorſum.

Eod. die diſtantia ♃ & centr. ☾ $10^{\circ}.41'$.

Eclipſis Lunæ Tubingæ obſervata.

Die 29. & 30. Octob.

Initium obſcurum & nebuloſum ut obſervatio haberetur deſperata, direxi tamen mea tria horologia ad horologium Templi.

Hor. $9\frac{3}{4}$. exiſtimavi per nubes adhuc integram eſſe ☾.

H. $10\frac{1}{4}$. apparuit ☾ per nubes ſemiecliPſata in Azimutho 36°. à Meridiano ad Ortum, facies ☾ talis ſtatim ſonabat media undecima.

Cum ſonaret 3. quadr. ad undecimam credebam adhuc digitum ſupereſſe.

Cum jam ſonaret H. 11. animadvertebatur adhuc quædam claritas.

Poſtea tenebræ ſecutæ ſunt nubibus non auctæ.

Cum ſonaret media prima, animadverti aliquid lucis.

Cum Sirius 15°. eſſet altus, ſonabat 3 quadr. erant in meo horologio H. 10. 44′. tunc pars illuminata ☾, tangebat ☾æ verticem.

Cum plusquam $\frac{1}{3}$. circumferentiæ, ſed nondum tertia pars diametri, reperi Sirium $16^{\circ}.20'$. Calculus repræſentat H. 12. 59′.

Duobus vel tribus minutis poſt primam cum Horologium primam ſonaret erat fere ſemi circumferentia in luce, non tamen ſemidiameter.

Cum dimidia diameter illuminaretur vel paulò plus, reperi Canem minorem $31^{\circ}.5'$. hoc eſt H 3. 12′. ex calculo.

Sonabat $\frac{1}{4}$ poſt H. 1. Procyon erat $31^{\circ}.43'$. facit H. 13 17′. videbatur mihi adhuc $\frac{1}{3}$. peripheriæ in Umbrâ.

Cum illuminata pars dupla cenſeretur ad obſcuram, ſive reſtituti eſſent 8. digiti, Horologium meum monſtrabat. H. 1. 20′. Umbra multò nigrior, quam ante.

Aldebaran in medio Cæli, erat $\frac{1}{4}$. peripheriæ in umbrâ.

Hora circiter 1. 22′. verius 28′. cum Templi Horologium ſonaret 2. in meo autem horologio eſſet H. 33′. umbra tunc minus quam $\frac{1}{4}$. peripheriæ.

Paulò poſt meum Horologium monſtrabat H. 2 rectius H. 1 36′.

Cum Automaton pervenisset ad medium secundæ nihil amplius animadversum.

Eodem Anno 1631. Mercurius sub Sole visus Ingolstadij.

Die 4. 5. 6. Novemb. nihil deprehensum in ⊙ neque macula.

7 Novemb. Sol continuò nubibus usque ad 10. Matutinam tectus latuit, subinde interruptè luxit, quibus intervallis observatus ☿ ut adnotatum est.

Coloris ratio erat ista. Nucleus niger & opacus instar maculæ, omni luce carens, partium 25″. qualium, semidiameter ⊙ 16′.

Limbus ambiens habebat triplicem colorem, in duobus arcubus diametraliter oppositis; Flavum in arcubus intermedijs, in uno cineritium, in altero rubeum, una cum nucleo habebat 30″. qualium semidiameter ⊙ 16′

Horâ mat. $9\frac{15}{16}$. hoc est H. 9 56′ 15″. fuit ☿ in A.
Horâ $10\frac{3}{8}$. sive H. 10 23. fuit ☿ in B.
Horâ $10\frac{9}{16}$ sive H 10. 33 45. fuit ☿ in C.


Deinceps nubes omnia turbarunt. Ex C. tamen progressus sensibiliter tardius moveri visus est.

Horâ primâ à meridie Sole iterum lucente nullus amplius Mercurius adfuit.

Porro per alium Tubum observata est magnitudo ☿ ab alio observatore eadem.

Nucleus seu nigrum & opacum in ☿ erat 25′ qualium semidiameter Solis erat 16′. hoc est ex $\frac{1}{2}$ occupabat non omnino dimidium, at ☿ cum ambiente colorato & lucido erat 30″. hoc est partis dimidiæ unius 16.tæ semidiametri ⊙.

Diagrumma ☿ sub ⊙ die 7. Novemb. Ingolstadij immisso Sole per Tubum 7. rium.



Posita	
O E.	16″.
F. G.	30. 35″.
A. C.	4′ 12″.
G. E,	
H. O.	4′ 10″
I. O.	6′ 0″.
A. C. conf.	38′. Hor.
C. G. ferè	29.
A. G.	1°. 7.

	H.	
Excessus	11.	3′
Gassendus Paris.	10	28
Diff. Merid.		35
H. a. Æq, A. G.	2	14
G.	11	3
H.	8	49
Bullialdus ait.	8	46

Remus Quietanus Rubeaci hæc habet, in litteris ad Serenissim. Leopoldum,

7. Novemb. H. 9. 42′. 30″. mat. maculam parvam vix tertiam unius Scrupuli adæquantem, de repente ultra medium Solis aspexi, colore sub nigram & chalybeam quasi, longè ab aliarum macularum colore differentem. Diameter 18″. circiter H, 11 ante merid. jam ante quadrantem ex antecedenti observatione ☿ excesserat.

Unde & per calculum deprehendi principium hujus ingressus contigisse Rubeaci H. 5. 35′$\frac{3}{4}$. p. m. noct. cum latitudine 0°. 0′. 0″. mediâ ☌ H. 8, 10′ ant. mer

ad

adeoque Keplerum 4. H. 48'. aberasse, qui mediam ☌ Rubeaci ponit H. 12. 58'.

Hinc calculum ☿ ut & ♀ correxi, prout Tabulæ meæ motuum Cælestium testabuntur, medijs enim motibus ☿ aliquid addendum, Excentricitati aliqnid detrahendum in Rudolphinis.

Hinc iterum stabilitur mea de diametrorum in corporibus cælestibus sententia, scilicet ♄ diameter est ferè decupla Telluris, & centupla in superficie, sive disco, millecupla in soliditate. ♃ Quintupla. 25. pla. 125. pla cubice. ♂ sesquialtera &c ♀ autem & ☿ non adæquant soliditatem Terræ ♀ enim vix tertiam, ☿ vix 12. Terræ sibi vendicant. ☉ autem occupat 60. Diametros Telluris, discus ejus 3600. solidus 216000 adeoque spatium quod occupat Sol præcisè adæquat totam Sphæram cursus Lunaris circa terram, quod Ptolemæo vix 166. vices implebat.

Qualis igitur est proportio Sphærarum, talis etiam mihi exacte diametrorum in globis Planetarijs, & quod mirandum, si quis ex centro Solis omnes conjunctos aspiceret, is omnes sub uno præcisè eodemque angulo deprehenderet Scil. 30'.

Addit post hæc Remus: Keplerus facit diametrum Orbitæ lunaris, mediàm proportionalem inter ☉ & ☾, hoc est ut diameter Telluris ad diametrum Orbitæ Lunæ, ità diameter Orbitæ ☾ ad diametrum Orbitæ Telluris.

Ego decentiùs, ut diameter ☾ ad diametrum orbitæ ☾, ita diameter orbitæ ☾ ad diametrum orbitæ Telluris. Hæc Remus Quietanus in Epist. ad Serenissi. LEOPOLDUM.

Annus Christi 1632.

Kalend. Ianuarij.

Manè post H. 4. linea ex inferioris ♊ capite ad ☾ medium ducta transibat supra ♂ quasi diametro ☾ vel paulò altiùs; Ipse autem ♂ nondum attigerat lineam quæ à corde ♌ ad 6. ejus ducitur, sed aberat ab ea linea minus $\frac{1}{4}$. spatij, inter ♂ & 7. quod spatium æquabat ferè semissem ♂ & 8.

2. Januarij circa mediam nonam, cnm Aldebaran esset in medio cæli, ♂ in recta linea præcisè, quæ à Corde ♌ ad 6. ♌ ducitur, item linea à ♂ per 7. ♌ cadebat medio loco inter 2. & 4. ♌, illa tunc erat satis erecta ferè àd perpendiculum. ♂ hoc tempore retrogradus post Stationem.

3. Jan. Vesp. paulò antequam sinister Humerus Orionis perveniret ad medium Cæli, ♂ rursus attendi, erat in linea, quæ à 1. ♌ per 7. ducebatur sed altera transversà ex corde ♌ per ♂ cadebat iu spatium à 6. ad 5. ejusdem. mox atræ nubes inductæ.

16. Januarij ♂ in lineâ rectâ quæ à Corde ♌ ad punctum inter 4 & 2. ducitur, à 4. versus 2. quasi $\frac{1}{5}$. vel $\frac{1}{6}$. intervalli, item distantia ♂ & 7. ♌. minor erat quam 3. & 4. item angulus 6. ♂ 8. ferè rectus, & intervallum 6. ♂ paulò minus quam ♂ 8. item lineæ 4. ♂ & 3. 7. non omnino parallelæ.

19. Januarij Vesp. circa mediam decimam, cum punctum inter dextrum Humerum Orionis & Lucidum pedem ♊ staret in Meridiano, tunc linea ab Orionis humero sinistro per ☾ cadebat medio loco inter duas lucidiores Cornuum ♈ 2. & 3.

Paulò post ♂ locus observatus, lineæ 6 7. & 5. ♂ videbantur parallelæ, spatium 7. ♂ paulo minus quam 5. 6. angulus ♂ P. 8. recto minor parum tamen, spatium 8. P. maius quam P. 6.

Item si à 4. Ortogonalis concipiatur 4. M. facit spatium 5. M. majus, M. ♂ aliquanto minus.

2. Febr p. H. 9 cum Procion occuparet medium cæli, locus ♂ observatus, erat in linea à 4. ♌ ad 4. Hydræ, faciebat cum duabus vicinis 2. & 4. ♌ ferè Isosceles, latus tamen 2. & ♂ pauxillò breviùs, quam 2. 4.

Postridie 3 Febr. videbatur ♂ incidere lineæ ex 4 ♌ ad 3. Hydræ.

4 Febr. Vesp. circa H. nonam cum Sirius transiret meridianum observatus ♂ locus, erat in linea à 4. ♌ ad ♌ ad 19 quæ ante caput Hydræ, vel in linea à 3. ♌ ad 3. Hydræ, item linea à 6, ♌ per ♂ cadebat in spatium à præsepi ♋. versus Asellum austr. quasi $\frac{1}{4}$ intervalli

NB. *Caput Hydræ in Cælo aliter se habet quam Tabulæ Tychonis.*

9. Febr. nocte H. 10. 4. ♌ ♂ & extrema Caudæ ♋ numero 9. in eadem recta.

13. Febr. H. 9. 3. ♌ ♂ & eadem extrema ♋ in una recta linea, item 3. ♌ 2. ♌ & ♂ in eadem recta.

15. Febr. H. 9 linea per 3. ♌ & ♂ cadebat in medium quasi spatium inter ultimam seu 9. ♋ & Procyonem.

Linea ex Procione per ♂ transibat 2. ♌ sed incidebat in spatium quasi medium inter 3. & 4.

22. Febr. H. 6 $\frac{1}{3}$. ☌ ♂ & ☾ observata accuratè, cum versarentur ambo in 49°. Azimutho V. Verticalis per ♂ abscindebat quasi $\frac{1}{3}$. de Ora ☾ lucida, eratque distantia ♂ A. B. 1 $\frac{3}{4}$. diametri, diligenti æstimatione, intervallum B. C, inter ♂ & contactum aliquantò majus duabus diametris ☾.

Eadem nocte circa med. nonam, distabat ♂ mihi præcisè diametro ☾ à proximo margine ☾.

Eadem nocte H. 4. p. med. noct linea à ♉ per mediam ☾ transibat per punctum A, quasi $\frac{2}{5}$. spatij à 6. ♌ ad Cor ♌.

24. Febr. manè circa H. 3. notatus ♄ locus, linea à ♄ ad 1. ♏ præcisè parallela alteri quæ a 4. ejusdẽ ad 6. ducitur, sed linea quæ à 13. Ophiuchi pauxillum supra ♄ incedebat.

Eadem mane sollicitè expectavi transitum ☾ nondum plenæ inter 6. & 8. ♌; Sonante 4. H. superior margo ☾ non præcisè inter Stellas putabatur insuper à medio notabiliter descendere, crediderim ipsum ☾ centrum fuisse in linea Stellas connectente.

Eodem die alt. ☉ merid. 35°. 43'.

28. Febr. H. 8. Vesp. locus ♂ observatus, erat in decussatione duarum linearum, unius à 14. ♋. ad 13. ejusdem, alterius ab Asello inferiori ad 3 ♌.

2. Martij media sexta cum diesceret ☾ erat paulò major bisextâ, stabat sectio erecta, supremum Cornu parum sinistrorsum, ita ut ☾ prope nonagesimum versaretur.

Nota. Cor ♏ claro die adhuc à me visum, per conspicilia tamen cum ♄ ægrè cognosceretur. nec aer fuit omnino purus.

4. Martij altit. ☉ merid. 39°. 14'

5 Martij altit. ☉ merid. 39°. 38′ $\frac{1}{2}$.
10. Martij radio fugitivo 41°. 37′.
11. Martij 41°. 58′ (7′. tardior.)

Eod. 11. die locus ♂ notatus inter 6. & 13. ♋. sextæ tamen multò propior, altera linea à nebulosa ♋ per ♂, cadebat inter 5. & 6. ♌. propiùs tamen quintæ, item ♂ constituebat inter 5. & 12. ♋ ferè Isosceles. linea ex 15. ♋ per ♂ cadebat in punctum, circa medium 12 & 5.

NB. *In cælo lineæ inter 4. & 14. & 5. & 15 ♋ sunt parallelæ, non convergunt ut in pictura. item in Cælo spatium inter 5. & 12. ♋ majus, quam inter 12. & 6. ejusdem, distantia ♂ & 15. quanta est 6. decimæ tertiæ, in brachiis ♋.*

12. Martij alt ☉ merid. 42°. 17′.
13. Martij alt. ☉ merid. 42°. 46′. melior.
30 Martij alt ☉ merid. 49°. 19′. Vesperi H. 9. angulus 2. 15. ♂. pauxillum minor recto, & latus 15. ♂ paulo majus quam distantia Stellarum ♋, 14. & 15.

1. Aprilis altit. ☉ merid. 50°. 4′.

2. Maij cum Spica esset in medio Cæli ♂ locus in ♌ linea 6. 7. 13. relinquebat ♂ pauxillū ad dextram, intervallum 7. & ♂. ferè quantum 5. & 6. sed spatium 6 7. maius quam 7. ♂ & ♂ 8. aliquanto similior quatuor puncta 8. 9. 10. ♂ constituebant rombum.

Eadem nocte locus ♄ observatus inter Stellas ♏ faciebat △ Isosc. cum 5. & 2. 5. 2. 2. ♄ ferè æquales, tamen 2. ♄, aliquanto major, perpendiculum ex ♄ cadebat inter 1. & 6.

11. Maij ♂ locus observatus, faciebat cum 9. & 10. ♌ △ Isosc. Crura 10. & ♂. 10 & 9. propemodum æqualia.

Distantia ♂ & Reguli qualis 24. & 25. Ursæ majoris, major quam 13. & 14. ejusdem.

Eadem nocte p. H. 10. cum Arcturus esset in medio Cæli, ♄ locus ut connecteret primam ♏ & 7. ♎, pari spatio distans à sequente ♎ & 2. ♏.

14. Maij. alt ☉ merid. 62°. 20′.

15. Maij, Cum Arcturus esset in medio Cæli, ♂ regulus 7′. ♌. & inferius Cornu ☾ faciebant rombum.

20. Maij, alt. merid. ☉ 63°. 25′.

7. Junij H. 10. ♂ nondum erat in linea, qua à Cauda ♌ per coxendicem 23. ducitur.

NB. *Circa hunc locum ♂, Bayerus pingit alias Stellas, quas ego tamen non vidi.*

13. Junij ☌ ♂ & ☾. ♂ in linea quæ à 20. ad 21. ♌ ducitur, perpendiculum per ♂ transiens relinquebat caudam ♌ supernè æquabiliter ad sinistram, quasi $\frac{3}{4}$°.

16 Julij, p. H. 9. Cornu superhum ☾ gibbosæ fuit in linea, quæ à Corde ♏, 8. ad 2. frontis ducitur. Rursus altera linea ex eodem Corde, per 7. ♏ ducta, non prorsus ipsum cornu Lunæ infernum feriebat, sed aliquanto ibat altius.

De ♄ tunc in vicinia Stationario nota, quod linea à prima frontis ab illo ducta, non fuerit omnino paral. lineæ 8. 2. sed ab eâ divergens paululum.

Die 24. Julij mane H. 3. transitum ☾ per merid. notavi, alta erat 31° $\frac{3}{4}$. vel paulo plus.

Eadem nocte linea quæ à 26. pedis Persei ad ♃ (tunc valde magnum & flavum) transibat ad infimam Plejadum, atque proximam lucidam earundem.

Eadem 24 Iulij, Stellas Draconis Tychonicas, examinavi ad verit. cæli & deprehendi esse insigniter erratum in 17. quæ 19. vicinior esse debet, & cum 18. constituere △ splendidius, alterum enim □ est obscurius, fortè legendum est in Abaco Tycho: signum ♊ pro signo ♋.

26. Julii H. 9. Vesp. locus ♄ observatus, faciebat cum Stellis 1. & 2 in fronte ♏. angulum rectum. 5. 1. 2. & intervallum 5. 1. æquabant ad sensum. 2 7.

29. Julij mane H. 2. quando Crus Pegasi in medio Cæli, linea per genu Pegasi & infimam Plejadum videbatur ♃ supernè attingere, tunc altera linea ex oculo ♉ per ♃ cadebat paulo supra centrum ☾ fere bissectæ.

Eodem mane sonante 30′. versus 4. apparente jam die certior collimatio, ideo tunc linea ex oculo ♈ per ♃ cadebat accurate in cornu infernū & ☾ inclinabatur adhuc nondum assecuta nonagesimum.

9. Aug. H. 1. p. m. noct. linea quæ à maxima Plejadum ad 6. ♉ ducebatur transibat per ipsum ♃ & altera linea, quæ à 24. ♉ ad 1. superiorum insectione stringebat ♃ supernè.

NB. Apparuerunt tunc supra Plejades 3. Stellulæ satis claræ, quas nec Schillerus habet, nec ego ibi unquam vidisse reccordor.

11. Aug. Vesp. H. 9. linea ex corde ♏ ad ♄. transibat inter primam & 2. frontis ♏. vix infra medium spatij, & intervalla inter 5. & 7. 5. & ♄. erant ad sensum paria, nisi fortè 5. 7. paulò minus.

NB. *Ne nunc quidem & antehac vicinas Stellas potui conspicari, procul dubio propter vicinitatem ♄.*

30 Aug mane H. 3. linea ab inferiori capite ♊. ☾ infernè radens, erat orthogonalis cum altera, qua capita ♊ connectit, ipsa vero cornua imaginatione continuata dirigebatur probabiliter infra corpus Castoris.

31. Aug. mane ante H. 4. linea à dextro brachio ♋ ad collare Canis minoris transibat per sinistrum sive superum cornu ☾.

13. Septemb alt. ☉ merid. 41°. 10′.
14. Septemb. alt. ☉ merid. 40°. 46′. ex quadrante Stefleri.

24. Septemb. locus ♃ notatur linea à 6. ♈. per ♃ cadebant intra orientalissimam Plejadum & talum Persei 25.

26. Sept. mane H. 3, linea à superiori capite ♊ per centrum ☾ dimidiatæ tendebat præcisè ad Humer. Orion. dextrum, & distabat illud centrum ☾ à ducta per ♊ 7°. 2′.

Ult. Septemb. H. 4. mat. perpendiculum per ☾ inter 3 & 4. ♌ ipsa ☾ videbatur in linea inter caudam & cor ♌, sed altera transversa ex 19. & 15. humilior esse.

13. Octob. alt. ☉ merid. 29° $\frac{1}{2}$.
15. Octob. alt. ☉ merid. 29°. 4′.

Eclipsis Lunæ 27. Octob.

A me observata Tubingæ, præsente fratre meo Luca & alijs 3. Studiosis.

Præcedenti & sequenti die nubilum erat & triste Cælum, sed toto Eclips. tempore serenus & clarus aer.

Quadrante p. H.8. trajectio per ☾ dextrorsum scintillabat mirè.

Media nona cum ☾ à vero Merid. abesset 67°. tum perpendiculum medio loco erat inter 2. & 3. Stellam ♈.

Tertio, quadr. mensus sum distantiam inter ♃ & centrum ☾ eamque reperi radio 20°. *Observatio falsa est propter parallaxin oculorum, & quia conspicilys usus sum.*

Ante H. 10. cum ☾ à medio Cæli abesset 44°. verticalis per 3. Stellam ♈ transibat centrum ☾ nondum deficientis.

Sequuntur phases Eclipticæ.

☾ Distante à medio Cæli, 33° ⅔. ☾ prunia & aliquantum fumosa ad levam, non tamen verè umbra.

2.

Cum ☾ esset in 31°. à Meridiano animadvertebatur umbra notabiliter eratque tanta, quanta manus in ☾ hoc est ⅓. ambitus.

3.

Quarta ferè pars peripheriæ obscurabatur, cum ☾ abesset à Meridiano 27°. ⅔.

NB. Non potuit fuisse quarta pars peripheriæ, nam paulò post magna pertica reperi, quod longitudo umbræ occuparet ⅓. diametri ☾.

4.

Aliquandiu post inclinationem quæsivi & deprehendi peculiari instrumento angulum inter verticalem atque ☾ C. D, E. 40°. vel ad summum 42°.

5.

Luna à merid. 17° ⅔. statim post Rigel à meridie 54°. H. 11. 17′. videbatur mihi tertia pars peripheriæ vel plus in umbrâ, pro inclinatione notavi quod linea per Cornua ☾ continuata caderet supra Plejades.

6.

Cum ☾ distaret à merid. 49°. 10′. Umbra erat triens diametri. & pertingebat usque ad gracilem pedem Nani, ut haberem digitos certò, mensus sum latit. partis lucidæ F. G. particularum pali mei 9½. qualium prius dixi diamerrum ☾ continuisse 15.

Hoc satis certum est defectum fuisse minorem, quam calculus prædixerat, consequenter latitudinem majorem, & nodum ☾ remotiorem, quod idem per durationem examinatur.

7.

H. 12. transitus ☾ per Meridianum observatus. punctum de residua luce medium habuit præcisè 55°.

8.

Inclinatio talis, linea per Cornua videbatur in oculum ♉ casura, diametri ⅓. in umbra.

H 12. 28′. paulo post sonabat H. 12. 30′.



9.

Rigel à Meridiano 35°. 50′. H. 12. 38′. mea conjectura videbatur esse quadrans peripheriæ in umbra.




10.

Cum Rigel esset à Merid. 33° ½ H. 12. 47′. Stabat umbra perpendiculariter, ejusque magnitudo erat ⅕ ambitus.



11.

H. 12. 55′. Rigel à medio Cæli 31° ⅓. ⅙. ambitus in umbra.



12.

Tenuæ vestigium umbræ cum Rigel abesset à medio Cæli 69⅙. H. 1. 4′. paulò post cælum nubilum quasi huic tantum observationi se indulsisset.

Ulmæ observatum initium sub alt. pallilicij, 37°. 14′. unde tempus H. 10. 41′.

Finis alto Procyone 25°. 38′. hoc est H. 1. 19′.

Tota duratio H. 2. 37′. ergò medium H. 11. 59′.

Argentinæ H. 10. 28′. limbus Lunaris ab umbrâ ☾ tangi videbatur. H. 10 30′. digitus unus. H. 11. dig. 4. H. 11. 30′. 5 dig. tangebantur. H, 12. maxima umbra. H. 1. vix quicquam umbræ etiam per Tubum.

Lugdunensem observationem, vide in dissertatione ad Gassendum.

21. Octob. Altit. ☉ merid. 27°. 5′.

22. Octob. locus ♃ notatus H. 9. linea à lucida pedis Persei per lucidissimam Plejadum tracta stringebat corpus ♃ infernè.

28. Octob alt. ☉ merid. 24°. 52′. ♃ in linea ab infimâ ad orientalissimam Plejadum, & tertiam in Apotomi seu sectione ♉. & intervalla P. ♃ 1. ferè paria.

5. Novemb. H. 8. deprehendi nocte clarâ existente aliquas in ♈ non signatas, & aliam quæ claram habet sub se versus ♉ partes, item 8. pari intervallo, aliam habet juxta se versus 13.

7. Novemb. Vesp. H. 9. ♃ in linea inter 25. pedis Persei & 2. Apotomes ♉. pariter ferè distans ab illâ secundâ in Plejadibus.

8. Novemb alt. ☉ merid. 22°. 1′.

14. Novemb. Vesp. mediâ decimâ oculus ♉. ♃ & ☾ in eadem rectâ, Planetæ distabant 7°. 10′.

16 Nov. linea à cornu lucidiori ♉ ad ♃ transibat infra centrum ☾ plenæ.

22. Nov. p. H 8. Vespertinam ♃ locus talis, erat præcisè in rectâ cum 8. & 9 ♈, sed intervallum 9. ♃ paulò majus. quàm 9. 8. rursus alia linea à prima Ceti per ♃ cadebat in lucidiorem Plejadum.

20. Decemb. ♃ in linea recta inter 9. ♈ & secundam sectionis ♉ item in alia linea inter 21. Ceti & Plejadum punctum, quod paululum supra medietatem.

28. Decemb. ♃ nondum attigerat lineam à suprema ♉ ad 8. ♈, sed erat supra eam quasi 2. diametris sui corporis, intervalla tamen 1. ♃ & ♃ 8, erant ad sensum satis æqualia, rursus intervallum 8, 9. pauxillum majus quam alterum 9. ♃.

Eadem Eclipsis observata Oeniponti.
Anno 32.

Propter vastitatem diametrorum integra facies, ut per tubum immissa est, hic exhiberi non potest. Ratio autem fuit hujusmodi.

Momenta hæc sunt observata.

	Altitudo Aldebaran.		H. noct.	
Ingressus ☾ in fumum.	35	0′	10	23
Ingressus ☾ in perfectam umbram	38°	20′	10	43
Incrementum obscurationis	45°	30′		
Obscuratio maxima	49°	0′	11	56′
Decrementum obscurationis	53°	3		
Decrementum majus	54	38		
Egressus ☾ ex umbra perfecta	56	17	1	3′
Egressus ☾ ex fumo			1	23

Altitudo Poli Oenipontani in Horis eliciendis usurpata est 47°. 13′. sed eam 2′. auctiorem postea deprehendi.

Observationes Meridianæ ☉ Anno 1632.

5. Maij	58°	35′	0″
9.	59	29	0
10	59	41	45
11.	59	41	30
14.	60	27	45
15.	60	38	55
16.	60	49	15
17.	60	58	30

18. Maij	61°	8′	30″
19.	61	17	35
20.	61	26	30
21.	61	34	45
1. Iunij.	62	42	0
2.	62	44	30
3.	62	48	45
6.	62	57	20
12.	63	0	45
23.	62	29	45
24.	62	24	30
27.	62	5	55
16. Iulij.	58	56	0″
22.	57	32	30
25.	56	43	45
29.	55	37	45
30.	55	20	45
31.	55	4	20
1. Aug.	54	53	45
7.	53	2	15
10.	52	4	0
27.	46	1	16
30.	44	54	30
31.	44	32	0
2. Sept.	43	45	50
14.	39	5	30
15.	38	24	45
16.	38	1	45
17.	37	38	45
5. Octob.	30	43	45

Annus Christi 1633.

5. Januarij p. H. 9. Vesp. cum capulus Orionis esset in medio cæli perpendiculum à 3. ♈ cadebat supra ☾, postea cum Orionis cingulum occuparet med. cæli, locus ♃ notatus, erat in linea à 1. sectionis ♉ ad med. ferè spatium inter 8. & 9. ♈, intervalla 1. ♃, & ♃ 8 propemodum æqualia.

8. Januarij H. 6. furtim inter nubium rimas observata ☌ ♃ & ☾, distantia cornu superioris in pertica longa 620. partium, erat 31. partium.

19. Jan. H. 9 ♃ in linea inter 8. ♈ & 4. ♉ intervalla 5. ♉. & 1. sectionis æqualia 1. & ♃.

29. Jan. H. 10. ♃ nondum attigerat lineam, quæ per 8. & 9. ♈ ducitur.

17. Febr. ☉ merid. 33°. 19′.

18. Febr. H. 9. rectè ex pectore ♉ per ♃ cadebat inter 2, penultimas caudæ ♈.

NB. 11. Caudæ ♈ est triplex, ut in asterismo signavi.

Ultimo Febr. H. circiter 9. cum cauda ♋ occuparet merid. ♀ occasui vicina notata est, valde coruscа & ampli luminis, linea ex cuspide △, ad ♀ transibat medio loco inter 2 & 3 ♈ eratque distantia 1. △ o, & o. ♀. non multo inæqualis. de rombo ♀ 3. 1. & 2. nota. quod latera 1. 3. & 2. ♀ non præcisè parallelæ fuerint, cum alijs Stellis, ob humilem situm & impedimenta tectorum comparare non potui.

Kalendis Martij H. 8. Vesp. distabat ♀ à 5. Ceti, quantum illa 5. à 3. ejusdem & linea à tertia Ceti per ♀ transibat parum supra 2. ♈.

2. Martij H. 8. 1. sectionis ♉ per ♃ cadebat ultra lucidam Plejadum.

4. Martij altit. ☉ merid 39°. 10′.

5. Martij cum Hydræ collum esset in merid. linea à dextra Erichtonij humero, per dextrum ejus pedem, cadebat in ☾.

13. Martij alt. ☉ merid. 42° ⅔.

14. Martij alt ☉ merid. 43°. 7′.

15. Martij alt ☉ merid. 43°. 30′.

16. Martij alt. ☉ merid. 43°. 52′.

Veni paulò seriùs.

17. Martij alt. ☉ merid. 44°. 18′.

Eodem die Vesperi linea per Aldebaran & ♃, relinquebat ♀ intra.

18 Martij alt. ☉ merid 44°. 40′ ½.

Claro die H. 6. distantia ♃ & ♀ capta diligentissimè, pertica longissima quæ pridem divisa erat in 8768. particulas, talium habebat B. C. 408. B. D. 352.

Paulò post circa H. 9. linea ex Orionis humero dextro per medium locum inter oculum ♉, & proximam Hyadum, connectebat ambos planetas ♃ & ♀. Ambo Planetæ cum Plejadis constituerant quasi △ æquilaterum. ♃ cum hesterna 9. Erichtonij in eodem perpendiculo, ventus agitabat perpendiculа.

19 Martij alt. ☉ merid. 45°. 4′. Vesperi circa 7. H. hesterna perticà distantiam ♃ & ♀ dimensus, erat B. D. 646. A. B. 8768. scripsi hæc nocte sine lumine, ♀ in eod. verticali cum sinistra plejadum.

20. Martij distantia ♃ & ♀ eodem instrumento erat B. D. 547 partium H. 9. ♀ in linea ex capella per lucidam plejadum, rursus ambo planetæ ♃ & ♀ in linea cum duabus citerioribus cinguli Orionis, spatium autem exteriorum cinguli minus distantia planetarum.

21. Martij 7. H Vesp. iterum duo Planetæ reperti 458. partium, cætera ut priùs.

22. Martij alt. ☉ merid. 46°. 13′. Distantia ♀ & ♃. 423 partium; Linea per ♃ & ♀ cadebat in Plejades vicinas, erantque intervalla ♃ ♀ & ♀ D. ad sensum paria.

Memorabilis est hæc ☌ Planetarum beneficorum apud congregationem Plejadum, ipso tempore, cum conventus Hailbrunnæ esset, pridie Gustavi, & oculus ♉ (der Ochsenstern) *vicinus esset, item cornu ♉,* (der Horn) *&* *ostendebat lineam ad caput Algol sive caput Medusæ.*

Ambo Planetæ cum 24. ♉ ferè conformabant Isosceles. ♀ erat altior linea, quæ ex ♃ in caput Algol ducebatur, vel ex eodem ♃ ad P. lucidam Plejadum, quæ ante paucas horas inferior spectabatur, ergo medio tempore fuit in ipsa linea.

NB. *Iuxta Erichtonij sinistram manum multæ Stellulæ sunt congregatæ.*

28. Martij ♀ erat in linea inter 19. ♉ & plejadum dextimas Stellas, perpendiculum à ♀ relinquebat ♃ parum dextrorsum, distantia ♀ & 22. videbatur æquare, distantiam 12. & 13. Hyadum.



Ecli-

Eclipsis Solis 29. Martij, vel 8. Aprilis.

Observata Tubingæ.

Modus hic exemplaris absque instrumentis perfectè tamen observandi.

Pridie debuisset asser aptari papyro incrustatus, quod fuisset loco magni compendij; observavi in domo Hortensi juxta montem Orientalem, per duo foramina, quæ hic non confundenda sint, unum erat in lamina pertusa, & id est præcipuum, alterum per chartam perforatam, cujus usus minor, feci tantum propter consensum.

Distinctionis gratiâ phases, præcipui foraminis notabo literis majusculis, alterius tantum minusculis.





Foraminis præcipui magnitudo 17. vel 18. particularum, qualium pes habet mille; Collegi 601. phases, intra duas horas distant igitur vix 2′. sunt nimis multæ, eligantur insigniores.

Pro temporis notitia non illo ipso die, ⊙ altitudines cepi, nec id patiebatur festinatio, sed distuli in crastinum, tunc saltem phasibus unice intentus, illasque diligenter ac possibili celeritate in pavimento signans, postridie 30. Martij excepi ⊙ altitudines, quoties ad illud Azimuthum venit.

Merum initium non obtinui, sed cum ⊙ plus integro digito deficeret, emicuit atque in pavimento signavi mihi talem phasem A. qualis hic appingitur Ovalis.

Subitò notavi 5 puncta. A. B. D. E. F. quia in momento transferuntur






Oportuit me celerem esse manu, deinde inter medios ductus Ellipseos, qualitercunque integravi.

Phases B C D. omitto, quia ex A & F. possunt æstimari, non tamen dissimulo cum die Solis sequente, hoc est ultimo Martij biduo post Eclipsim, altitudinem ⊙ caperem, quando idem, Azimuth occupavit, me quadrante deprehendisse 27°. 5′. igitur ⊙ ante biduum fuit humilior, reliqua varietas est ex inæqualitate pavimenti, ex hujus △ proportione ac distantia Ellipseos à foramine sequitur Ellipseos diameter minor & major.

Phases B. C. D. quia ex A & E possunt æstimari omitto.





Sequitur Phasis E, ubi Ellipsis erat grandior, quia remotior à fenestella.

Sic etiam phases F G. excepi humi, quas omitto, quia hic superfluæ, atque ego tantum privato consilio, & consensus gratia notaveram.

Phasis G. contigit eo loco, ubi Sol postridianus fuit altus 43°. 40′.

H. Distitit ab Anthyridio 7900. particulis, quod propter Ellipsin notandum.

I. Phasis ex altero foramine inutilis.

K. 4′. temporis post H.

L. alterius foraminis ☉ postridie altus in eo Azimuth 22°. 30′.





Duo min, temporis post K. factâ resolutione provenit inclinatio 26°. digit. 4 $\frac{1}{3}$. vel 4 $\frac{2}{3}$. circiter. Ex observatione dantur A. G. cum relatione ad L K. circumscribatur Ellipsi circulus, & alius inscribatur ductis A B. A. C. utrique diametro patallelis trahatur B C. sic punctum C. repertum videtur, sed quia

Cornua hic fiunt obrusa, ideo C. nondum est justum punctum, sed ducatur D. E. ipsi diametro longiori parallela, distans à præcedente A. C. semidiametro fenestellæ, sic igitur repertis E M. & præsuposita proportione diametrorum ☉ & ☾ reperitur in decussatione centrum.

N. Ex altero foramine , ubi ⊙ p ostridianus fuit 22°. 20′.

O. hic ⊙ postridianus 22°. 10′. puto 2′. serius fuisse.

Q. ⊙ postridie 21°. 44′.

R. ⊙ postridie 21°. 35′.

S. ⊙ postridie 21. 18.

T. ⊙ postridie 21. 9′.


V. 2′ post S.

W. postridio observare nihil potui.

X. altit. ⊙ postr. 20°. 25′.

Y. Alt. postr. ⊙ 20°. 20′.

Z. 1′ ½. post X.



Cum ⊙ pervenisset in illum verticalem , ubi postridie erat 19°. 19′. talem habuit ejus imago deficiens figuram, ut hic repræsentat Schema, quæ motæ præcedentia adhuc resolvenda est, pro inclinatione tunc alio insuper instrumento usus sum , & deprehendi obtusa cornua cadere ad 10°. & 260°. circumferentiæ à supra divisæ, unde inclinatio media fuisset 315°.

Phasis α. alterius foraminis.


β. Talis qualem hic addo. contigit 2′ ½. post phas. NB.

γ. Alterius foraminis.


δ. Duobus minor post β.

ε. Alterius foraminis.










ζ. Talis erat, circa maximam obscurationem , in imagine satis notabiliter ultra semidiametrum defecit , ergò resectâ, luce superfluâ plus etiam mihi tamen in hac resolutione non plus provenit, quã 6 ½. digiti, metuo non esse sinceram propter obtusa cornua, resolvatur ergo aliter , inclinatio videtur fuisse 70°. desursum numerando, contigit 4′. post priorem δ. ⊙. eo loco altus erat 20°. 5′.


η. Omitto quia erat ex altero foramine.






Phasis θ talis, ex cujus resolutione sequeretur inclinatio 75°. digiti $6\frac{1}{2}$. contigit $2'\frac{1}{2}$. serius quam citò, sed accuratius habebitur Hora, quia ☉ deprehensus eo loco sub elevatione 19°. 35'.

ιλζο. Omitto ne foramina confundantur.




Phasis ϰ. adhuc resolvenda, ecce quam subito mutabantur hic inclinationes, tempus istius ϰ. fuit 3'. post θ. ☉ repertus deinde in altit. 19°. 5'.



ν. Hæ duæ phases μ. & ν, sunt optimæ notandæ, & diligenter exceptæ, ut momentum sciretur, quo Cornua sibi verticaliter immineant.

Animadverti autem apud M. nondum esse verticalia sed apud V. jam præterijsse verticalitatem, cum verò spatium A. B. duplo ibi majus fuerit, quam hic C. D. hoc est supremum Cornu, ibi duplo plus abfuerit à perpendiculo inferioris, quam hic superavit inferius, patet tempus intermedium, secundum hanc analogiam esse partiendum, fuit autem illud quasi 3'. Itaque vera perpendicularitas Cornuum, contigit uno quasi min. temporis, ante Phasim ν, vel duobus post phasim μ. pro tempore utriusque certius noscendo, captavi altitudines ☉, sub ijsdem Azimuthis, sed post sextiduum demum, erat alt. ☉ $18\frac{2}{3}$, competens μ & 17°. 58'. competens ν.


Hoc



Hoc Azimutho ⊙ altus fuit postrid. 15°. 5′. Correctio 14°. 36′.




